Aliud enim est cõtristari: aliud incipere ↄtristari. vt Hieronymus ibidem dicit. Dico sexto/ ꝙ ⁊ Salomon verũ dicit ꝙ nõ cõtristabit iustũ quicquid ei acciderit: quia ex nullo accidẽte eius ratio ꝑturbat/ q̃uis in parte sensitiua tristari possit/ sm apprehensionẽ maloꝝ/ que sibi contingere possunt in corpore: vel in rebus exterioribꝫ corpori deseruientes. Dic si placet opinionẽ Stoicoꝝ/ ex solutione argumẽti secundi.

Dico septimo ad Augustinũ/ ꝙ verũ est/ ꝙ tristicia est de his que nobis nolentibus accidunt. Dico cõsequenter ad hoc ꝙ Esa. dicit. Oblatus est quia voluit/ ꝙ voluit ⁊ noluit Christus suã passionẽ ⁊ mortem/ sm diuersas volũtates: in eo existentes. Fuit enim in Christo diuina voluntas/ eadẽ cũ patris voluntate: quia diuina essentia/ ⁊ sm hanc/ voluit passionẽ. Fuit secundo in eo voluntas rationis humana/ que ꝓcessit in eo ex intuitu passionis nõ simpliciter: sed ꝑ comparationẽ ad fructũ salutꝭ humane inde ꝓuenientẽ: ⁊ sm hãc voluntatẽ similiter voluit passionẽ. Fuit tertio in eo voluntas humana naturalis/ que voluntas ꝓcessit in eo/ ex intuitu passionis simpliciter/ sine comparatione ad finẽ: et sm hanc volũtatẽ noluit passionẽ. Simile de medicina amara / que nõ est sm se voluntaria: sed solum sm ꝙ ordinatur ad sanitatẽ. hoc modo mors Christi et eius passio/ fuit sm se cõsiderata inuoluntaria/ tristiciã causans: licet fuerit voluntaria in ordine ad finem et redemptionẽ generis humani. vt dicit beatus Thomas in solutiõe ad quartũ ar. vi. q. xv. Fuit quarto in Christo voluntas sensualitatis: et sm hãc similiter noluit passionem. voluntas enim sensualitatis/ refugit naturaliter dolores sensibiles et corporis lesionem. Uide beatũ Thomã parte. iij. q. xviij. ar. v. et. vi. Sic ergo patet/ ꝙ Christus sm voluntatem sensualitatis: et sm voluntatẽ rationis/ que cõsideratur per modum nature: aliud poterat velle q̃ꝫ deus. Sed sm voluntatẽ que est per modum rationis/ semper idẽ volebat quod deus/ quod patet ex hoc ipso ꝙ dicit. Non sicut ego volo: sed sicut tu vis: volebat enim sm rationis voluntatẽ impleri/ q̃uis aliter dicat se velle/ sm aliam eius voluntatem. Hec Thomas ar. v. quem vide.

Sabatho post Esto mihi.

Accipite z comedite. Matthei. xxvi.

De fructu huius particule.

Ueris. Et quã virtutẽ habet hec particula prima nostre placente: Respondeo q septẽ.si bene masticata fuerit: id est bene meditata. non dico solum cogitata. Differũt em̃ cogitatio/meditatio/et cõtemplatio. Cogitatio fit cũ facilitate: sed sine vtilitate. Cõtemplatio cum facilitate z vtilitate. Meditatio cum difficultate z vtilitate. Habet ergo particula illa virtutes septem.

¶ Primo illuminat.facit claros oc'os.vt videam⁹ Christum fuisse verũ hominem. Tristicia em̃ ẽm Hieronymum assumpsit.vt assumpti hoĩs veritatẽ pbaret. Naturale qppe est hoĩ timere mortẽ.qr vt dicit Damasce. Est timor naturalis nolente aĩa diuidi a corpe.ppter eam q̃ ex principio est a cõditore imposita naturalem familiaritatẽ. Ex hac naturali tristicia vere cõtristatus est dñs ẽm Jordanũ. Ualet igitur particula hec ɔtra cecitatẽ Manicheoꝝ.q̃ dicũt Jesum nõ vere passum.sed dũtaxat passionis doloris imaginẽ ptulisse et corp⁹ Christi fantasticũ z nõ esse verũ somniantes et p cõsequens nec dolorem passionemve sensisse. hec Gabriel.

¶ Secundo fortificat.vt scilicet quis passiones suas cohibere possit.sicut Christus.Debemus eni exemplo Christi discere timores z tristicias.ac passiones alias/in nobis insurgentes/freno rationis cohibere. Ne vsq3 ad animũ ptingãt. sed in inferiori parte aĩe/sub voluntatis imperio ɔstringant. sicut dictũ est de Christo. ¶ Tertio habet virtutẽ contra desperationẽ. Sunt hoĩes q̃ cũ senserint in dei seruitio. tediũ.tristiciã.frigiditatẽ.ariditatẽ desperãt.z totũ dimittunt eo q nõ habẽt sensualẽ deuotionẽ/ qualẽ alios vident habere.aut qualem ipsi aliqñ habuerũt.nũc autẽ carẽt/ tales placẽte nr̃e particulã sumant/cogitãtes/quia Christus mortẽ aggressus tristiciã sensit.sed nõ ideo dimisit quin pateretur. Sic z tu fac/z exemplo ei⁹ disce desperandũ nõ esse/si aliqñ

tibi subrepat tristicia/timor vel pusillanimitas in obsequio diuino. Hanc virtutē particule prime expressit beatus Augustinus. Moriturus inquit contristatus est Christus: vt doceret martyres suos nō desperare debere: si i hora passiōis subrepat tristicia/q̄ m̄ vincāt. Itē dic/q̄ necēia nō sūt hec sen timēta: sed dāt aliqñ icipiētib⁹ s̄m Scotū. Itē Gerson i de practica mistice. Si ergo assint/deo grā: sed nō nimis cōfide in illis. Si absfuerint/iterū deo gratia tu solū sta fixus i dei seruitio: et sua mādata ei⁹/i q̄z obſuātia ꝛ nō in sentimētoꝝ experientia stat animarū salus. ¶ Quarto excitat ad compassionē. Sum⁹ mirū imodū duri/et erga proximos nō cōpassiui/querimus q̄ nr̄a sunt/ nimis supra ꝛ ad nos ipsos reflexi: nihil cōpatientes sup cōtritiōe Ioseph. Accipe ꝛ comede particulā: vide q̄z Iesus nedum p̄ se siue morte ꝛ passione sua cōtristatus est: sed etiā p̄ alijs scilicet casu Iude/ iudeoꝝ discipuloꝝ/ꝛ ingratoꝝ. Et tu fac simile/ et discas cōtristari p̄ proximis in necessitatib⁹ eoꝝ. saltem in voluntate ꝛ facto: habeto rationabilē cōpassionē. si nō poter̄ habere sensualē in corde habeto in capite ꝛ manu. ¶ Quinto icitat ad orationē. Ecce dn̄s post tristiciā mox se cōfert ad orationē. Nā statim vt dixerat verbū istud. Tristis est anima mea ꝛc̄. pcessit ad orandū/ dicens discipulis. Sustinete hic ꝛ vigilate. [Et p̄gressus pusillum quantū iactus est lapidis/ pcidit in faciē suam sup terrā/ orans ꝛ dixit. Mi pater si possibile est trāseat a me calix iste] .i. experimētū passionis. [Uerūtamē nō sicut ego: sed sicut tu.] Et sic ter orauit eundē sermonē in terpolate/ ter eundo ad discipulos/et inuenit eos dormiētes p̄ tristicia: quib⁹ dixit sic. Nō potestis vna hora vigilare mecum. Uigilate ꝛ orate ne intretis in tentationē. spiritus q̄dē promptus est: caro autē infirma ꝛc̄. Et tu exemplo ei⁹ disce tristicias et turbationes tuas ad deū cū oratiōe referre. Hec Iordan⁹. Nolito deserere intra te p̄ tristicias. sed aperi vas cordis tui os/ꝛ respira versus deum sursum per orationem. B

¶ Sexto sequestrat ad solitudinē. Ecce Christus tristis et orans/secessit a discipulis q̄ntum est iact⁹ lapidis. Et nos orare volentes: secedere debem⁹ ab homib⁹ ad aliquē locū se

cretū. sicut fecit Christus et sicut docuit/ queadmodū feria q̄nta dictū est i euāgelio ⁊ ibidē sufficiēter expositū: ⁊ iō nō repeto. ¶ Septimo facit deo se ⁊ oīa sua cōmēdare. Ergo postq̄ tristis orauit deū patrē flexis genubus. vt auferret ab eo passionem/ totum cōmisit deo: dicens. ⌊ Uerūtamen nō
D sicut ego volo: sed sicut tu. ⌋ Ecce quomō post oratione tota tū deo cōmisit. sic ⁊ tu fac. Discam⁹ oēs tristicias/ tribulationes/ ⁊ infirmitates nr̄as: etsi petam⁹ ab eis liberari. sicut fecit Christus/ semp tn̄ post orationes cōmittere voluntati diuine. ac p hoc eas quasi in cor Christi exponam⁹: orātes vt ipse eas in vnione sue passionis pficiat: et offerat eas deo patri ad laudē ⁊ gloriā suā. Et ex hoc nostre tribulatiōes ⁊ passiones multū nobilitant̄. Nam sicut passio Christi in celo ⁊ in terra: infinitū attulit fructū. sic pene et quecūq̄ tribulationes nostre hoc modo Christo cōmisse: in vnione passionis sue/ tam fructifere erūt. vt angelis i celo gloriā/ iustis in terra meritū/ peccatoribꝫ veniā/ ⁊ purgandis aiabꝫ cōferant releuamē. Nimirū cū ipse dn̄s oīa que fiunt vnicuiq̄ fideli siue bona siue mala/ reputet sibi facta. Iuxta illō Mat. xxv. Quod vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Itē q̄ vos recipit me recipit. ⁊ qui vos spernit me spernit/ ac p hoc oēs passiōes nr̄as (p̄sertim talir vt dictū est sibi cōmissas) Christus tanq̄ suas/ offert deo patri/ eo effectu ⁊ fructu. vt dictū
I est. Multū ergo graudere debet bonus fidelis in suis tribulationibꝫ et penis: quia quicq̄d patitur Christus in eo se pati fatet̄. vn̄ legit̄ de beata Felicitate. q̄ cū reclusa esset i carcere/ et dolores partus subito in eā irruerent/ quidā de custodibus dixit vnt ad eam: quid facies cū ante p̄fectū veneris/ si modo tam grauiter cruciarī. Respōdit Felicitas. Nic ego p me patior. ibi. p me deus patietur.

Dominica prima Inuocauit.

Accipite ⁊ comedite. Matthei. xxvi.

K Et questio sup euangelio et particula prima nr̄e
c placere quā p manibꝫ habem⁹. Quid fecerit Christus existēs in deserto inter bestias/ an fuerit tristis

vel iocũdus? Et mouet hec questio nõ incõgrue neqꝫ teme re. Sunt eñi qui dixerũt et scripserũt/Christũ ab instãti cõ/ ceptionis/equali acerbitate oia pertulisse in aĩa/ q̃ passus est in cruce vel agonia: immo oẽs dolores/ ⁊ acerbiores q̃ꝫ oẽs hoĩes simul/ab initio seculi vsqꝫ ad consumationẽ/ imo q̃ꝫtũ in purgatorio existentes aut dãnati. Quod si verũ esset: quo modo fuisset cũ bestijs in deserto iocũdus? Quomõ verum fuisset ꝙ dicit Esa. Nõ erit tristis neqꝫ turbulentus. Nunq̃d semꝑ inciuilis atqꝫ tristis erat? Quid ergo hic dicemꝰ? Mo uentur eñi tali rõne. Tristicia sequit̃ cognitionẽ mali ineui/ tabilis. sed Christus hoc malũ passiõis sue/cognouit ab in/ stanti cõceptiõis sue. ergo sicut doluit in mõte oliueti: ꝓpter cognitionẽ huius mali futuri: ita semꝑ doluit ꝑ totũ vite sue decursum ¶ Ad hec respõdeo ⁊ dico primo: ꝙ Christꝰ nõ habuit ab instanti cõceptiõis oẽm illum dolorẽ vsqꝫ ad tem/ pus mortis sue/qualẽ ꝓtulit in cruce: aut prius ꝑ decursum penalis vite sue. Testis est Gerson. et Gabriel in passiõe sua eundẽ allegans. et Nyder in suo formicario lib. i. ca. xi. q̃ꝫuis eñi tũc cognosceret oia futura: illa tamẽ cognitio nõ moue/ bat ad tristiciã illam: sicut mouebat instãte de ꝓpinq̃ passio ne. sicut dicit beatus Tho. dis. xvij. tertij. q. vlti. vt Nyder declarat ꝑ simile de iuuene studenti/q̃ certo cognoscit mortẽ esse terribilissimã ex. iij. Ethicoꝝ. Et cognoscit se moriturũ nõ tamẽ tantũ tristat̃ sicut dum iminet mors. aut sicut senex sensatꝰ/qui scit sibi eã de ꝓpinquo iminere. Itẽ si priꝰ ita tri 2
statꝰ fuisset: quõ euãgelista diceret: cepit tristari ⁊ mestꝰ esse.

¶ Dico secũdo/ꝙ Christꝰ in facie ⁊ in oĩbꝫ artubꝫ pulcerri mus fuit. Psal. Speciosus forma p̃ filijs hoĩm/ꝙ ad litterã de Christo exponit̃. Itẽ Hieronymꝰ in epl̃a ad Principiã absqꝫ passionibꝫ crucis/pulchrior vniuersis fuit/ꝗ go de vir/ gine/q̃ nõ ex volũtate viri: sed ex deo natꝰ est. Itẽ q̃ ꝑ mira/ culum fiunt/perfectiora sunt his que ꝑ naturam. sicut oculi ceci et vinum quod ex aqua fecit deus miraculose. sic de hu manitate Christi. Item erat attractiuus sicut magnes sti/ pulas. Testat̃ etiã hoc hystoria de Abagaro dic et Nyder.

¶ Dico tertio/ꝙ ꝑ maiori parte vite conuersando cũ alijs

vultu hilari z iocũdo incessit. Esa. xliij. de Christo dicit. Non erit tristis neqꝫ turbulent⁹. vbi glosa. semp hilaris semperqꝫ iocũdus fuit: sed equalitatẽ vult⁹ oĩ tpe cõseruauit/ qḋ falso phi gloriant de Socrate. nunqꝫ scꝫ eũ plus solito letũ fuisse quã autoritatẽ Esa. Thomas exponit. Nõ erit tristis corde nec turbulent⁹ in facie. semp eñi hilaris iocũdusqꝫ fuit: eq̃litatẽ mentis seruans. Et si q̃tũ ad partẽ sensibilẽ fuerit ꝓpassio tristicie: nõ quidẽ necessitatis sed voluntar̃. vñ Matth. Tristis est aia mea zc. ¶ Dico quarto/ ꝙ virtutẽ affabilitatis et amicitie pfecte in verbis z factis ostẽdit. er was guter ding. Est affabilitas virtus ẜm beatũ Tho. ij. ij. q. cxvi. ẜm quã homo cõueniẽter ad alios hoĩes ordinat in cõmuni cõuersatiõe/ tam in factis q̃̃ in dictis. vt scꝫ ad vnũquẽqꝫ se habeat sicut decet. Christus autẽ oẽs virtutes habuit q̃ imperfectionẽ nõ includunt: igit. Est eñ hõ animal politicum: z oportet eũ nõ solum sibi viuere: sed z aliis cõuiuere bene. Ad sapientẽ igit ptinet. vt delectationẽ afferat hiscũ quibus cõuersat: nõ quidẽ lasciuã quã virtus cauet: sed honestã/ q̃nqꝫ tũ ꝓpter aliqḋ bonũ ꝯsequẽs/ vel ꝓpter aliqḋ malũ exclud[e]dũ/ nõ refugit ꝟtuosus eos q̃b[us] cõuiuit ꝯtristare. vide Tho.

¶ Dico quinto/ ꝙ Christus habuit eutrapelie virtutem. Eutrapelia est virtus/ qua quis bene scit ꝯuertere aliq̃ dicta vel facta in solatiũ q̃ virtus nõ videt neganda. vñ Orige. venit traditio talis ad nos de Jesu: q̃ñ nõ solum due forme in eo erant. vna ẜm q̃̃ oẽs eũ viderũt. altera ẜm quã trãsfiguratus est corã discipulis in mõte: sed etiã vnicuiqꝫ apparebat ẜm ꝙ fuerat dign⁹. sicut et de manna scriptũ est/ ꝙ habebat saporẽ ad omnẽ vsum. Hec Nyder. cui credẽdũ. Nisi obstet maiestas Christi/ cuius ꝑsone forsitan poterat discõuenire eutrapelia. Cogita sup hoc: qꝛ circũstãtia ꝑsone multũ facit vt ex dictis beati Thome post Tulliũ et alios elicere potes. videat etiã de hoc beat⁹ Augustin⁹ libro de mẽdatio ad Cõsentiũ ca. ij. vbi dicit/ ꝙ genere iocoꝝ vtrũ vtendũ sit pfectis animis/ alia q̃stio est/ quã modo enodandã nõ suscepim⁹ zc.

¶ Dico sexto/ ꝙ pie tenendũ est/ eũ risisse aliq̃ñ: nõ risu ꝑnitioso de peccatis: sicut illi quib[us] dicit. Ue vobis q̃ ridetis

quia flebitis. Nec risu delitioso/qualiter rideri solet/ īmoderate/pueriliter/muliebriter/superbe/maligne/vel furtive/sed virtuoso. de q̄ Seneca. Nō sit inquit risus tu⁹ scurrilis/sed grata vrbanitas/sales tui sint sine dente. ioci sine vilitate. risus sine cachinno. vox sine clamore. Talem leticiam vel (vt Basilius ait) subrisum fuisse affirmat beatus Bernbardus in sctō Malachia epō quē Bernbardū vide. ¶ Dico. vij. pbabiliter/ q̄ Christ⁹ se i deserto iocūde babuit ⁊ familiarie cū bestijs. Credibile est pie/q̄ dū sederet in terra: aut iret: bestie accesserūt ad eū: et sibi blandiebant̄ caudis: aues aduolauerūt. Nō puto quia pedib⁹ eas abegerit: sed manib⁹ suauiter cōtrectauerit. Si hoc de beato Frācisco/et alijs legit̄ quid de Christo? Quod corā eo aliqn̄ iuniores bestiole. catuli leonū. ⁊ vulpecule inuicem luserint: ipseq̄ eos intuens aliqn̄ suauit̄ subriserit ⁊c̄. Hec salua pietate fidei/ hodie meditare/et secū esto inter bestiolas/et tu efficiaris erga bestiales hoīes cū quib⁹ cōuersaris: sicut Christus ad bestias. attrecta eos suauiter et mansuete ⁊c̄. Rogemus deum.

Feria secunda post Inuocauit.
Accipite ⁊ comedite. Matth. xxvi.

Superest questio quā soluere circa illam passionis particulā statui. Dicis em̄/nō apparet tristiciā esse. adeo penalē. vt inter pricipales passiōis particulas numerari mereatur? Respōdeo breuiter q̄ imo digna est ⁊ maxime digna. Maxima em̄ fuit illa tristicia in Christo inter oēs hui⁹ vite tristicias. preter em̄ hoc q̄ tristabat̄ de pena sua et alioꝝ. de quib⁹ iam loqui nolo. Etiā tristabat̄ de pctis nō suis/sed alioꝝ oīm hoīm. et specialius iudeoꝝ/christianorū/et discipuloꝝ/ et quib⁹ sequebat̄ tristicia maxima. de q̄b⁹ vide Gabrielis passionē. Primo tristabat̄ p peccatis oīm hoīm p̄teritoꝝ/p̄sentiū/⁊ futuroꝝ. Et hec erat tristicia maxima: q: excessit oēm dolorē cuiuslibet ↄtriti iestimabilit̄. Propter tria. Primo ppter multitudinē pctōꝝ: q: p pctis totius mūdi tristabat̄/q̄ inumerabilit̄ plura fuerūt q̄ pctā cuiuscūq̄

cōtriti. Scđo ꝑpter suā clarissimā noticiā: qꝛ pcti malitiā
cunctis clariꝰ cognouit/tanto eñ plus q̄libet detestat̄ pecca
tum: ⁊ plus sibi displicet/q̄to ꝑfectius maliciā peccati pōde
D rat/et dignitatē dei summi boni/q̄ eo offendit̄ ⁊ cōtemnitur.
Sic aūt cognouit Christꝰ: ergo maxima pena fuit. Tertio
ꝑpter suā maximā caritatē: q̄to eñ dilectio dei maior est in
aliq̄/tanto magis tristatur de offensa ⁊ cōtemptu dei dilecti.
Sed Christꝰ habuit maximā charitatē: ergo plus oībꝫ de
pctis tristabat̄. Secūdo specialiꝰ tristabat̄ de pctis iudeo/
rū/⁊ exaggerabat tristiciā/populi illiꝰ ingratitudo/cui maxi/
ma beneficia singulariter ꝑstitit: scʒ. Primo p̄ ceteris oībus
dedit eis noua ⁊ magnifica instituta. Psal. Nō fecit taliter
omni nationi. Secundo in medio mari fecit eis iter: vbi
Pharao submersus. Tertio in deserto fecit eos viuere/nō
laborādo/nō seminādo/nō molēdo/nec coquēdo. Quarto
femine eoꝝ nō texuerūt/ nō mercari aut macellū visitare coge
bant̄. Quinto mēsa erat eis ꝑata semꝑ/ de māna qđ sapuit
ad placitū. Sexto indumēta eoꝝ nō sunt attrita. neqꝫ fuit
in illis infirmꝰ. Septimo nubis ꝑtexit eos in die ab ardo
re solis. Octauo/ in nocte lucebat eis colūna ignis/ q̄ eos
ducebat. Nono/ petra aquaꝝ eos sequebat̄. Decimo/mul
titudo auiū/ densitate sui/terrā texerūt vniuersam. Undeci
mo. pugnauit deꝰ ꝑ eis. vt sola voce muri Jericho corruerēt
Duodecimo. post gentiū ꝑcussionē introduxit eos in terrā
ꝑmissam. lacte ⁊ melle fluentē. Tredecimo ī terra ꝑmissiōis
eos ꝑtexit: patet de Sēnacherib. Decimoquarto. de eoꝝ
sanguine humanitatē assumpsit/ad redimendum oēs hoīes
Decimoquinto. inter eos cōuersatꝰ: eis ore ꝑprio euāgeliū
regni p̄dicauit. Decimosexto. infirmos eoꝝ curauit: cecos
claudos: demoniacos ⁊c̄. Decimoseptimo. post hec oīa be
neficia: ip̄m turpissima morte occiderūt: quod pctm̄ oīa vin/
cit pctā. ꝑ hoc itaqꝫ pctō amplius tristabat̄. Tertio adhuc
amplius tristabat̄ ꝑ ingratitudine futuroꝝ christianoꝝ: qui
magis ingrati erūt. ꝑ q̄to maiora bona receperūt. Ipsi enim
primo adoptati sunt in filios dei coheredes Christi/ iudeis
repudiatis. Secundo sunt ab onere legis: q̄ iudei tenebant̄

soluti. Tertio sunt sacramētis gratiā influentibꝫ: qbꝫ isti ca-
ruerūt ditati. Quarto nō māna de celo. sed corpe Christi qd P
supra celū est sunt pasti. Et tñ ingratissimi. vt rursum crucifi
gant sibi ipsis filiū dei: hoc adauxit tristiciā. De hoc Raba-
nus ait. Videbat dñs ad augmentū doloris sui sanguinem
suū tā viliter ꝛ inutiliter effundendum/ qꝛ sic inuanū labo
rauit. vt tūc vix vnū latronē acqreret/ vnū aplm pderet. Vi-
debat iterū a pñtibꝫ ꝛ futuris generalē ingratitudinē/ ꝙ etiā a
christianis tanqꝫ mortu⁹ a corde dādus erat obliuioni/ qꝛ
paucissimi de tāto beneficio sibi gratias acturi erāt. sed pessi
ma vicissitudine mala ꝓ bonis. ita ꝙ si pati iterū posset/ peio
ra a malis christianis passur⁹ fuisset qꝫ nūc a iudeis. Quar
to adhuc specialissime tristabat̃ de casu ac dispersiōe discipu
loꝝ/ ꝛ ceteroꝝ amicoꝝ/ q cū defturi erāt. ac in ei⁹ passiōe scā-
dalū passuri. dū eū vt hoīem mori visuri erāt. ac de ei⁹ diuini
tate dubitaturi. Matie āt d̃ pctō ꝓditiōis Jude vni⁹ ex. xii.
Ecce qñta tristicia fuit replet⁹ de peccatis alioꝝ: ꝓ qbꝫ hac sua
tristiticia habūdantissime satis fecit. De magnitudine hui⁹ tri
sticie legim⁹ in formicario Nyder. li. i. ca. xi. Quod quedā est
cōsuetudo multū laudabil̃: multoꝝ ne dicā plebeoꝝ vtriusqꝫ
sexus in alemania. verūetiā magnatoꝝ ꝛ nobiliū ad min⁹ se-
mel die naturali in hora aliq̃/ summū humano generi impen-
sum beneficiū Christi passionē meditari et rememorari. vt
exinde deo grati mala mūdi ferāt patient⁹ ꝛ ꝟtutes opent̃
facili⁹: hūc morē quidē dei famulus postqꝫ audisset in serm o
ne cōmendari plurimū: cepit eundē dietim ꝓsequi deuoti⁹ q
potuit. Admiratio autē quedā magna tandē eū tetigit: vide
licet acerba ꝛ grādis: q fuerit in Christo tristicia: tpe q patie-
bat̃ in die parasceues. qua ammiratiōe sctā crescēte: postre-
mo oratiōes ingeminare nō desinebat ad Christi clementiā
vt si sua voluntas esset/ sentimentū aliqd ꝑceptibile daret: in
q ꝑ experiētiā viri verisimilitudinē dicte amaritudinis lege Q
ret. nec fraudat⁹ est a desiderio suo bono. Nā die quadā: cū
iuxta suā ꝯsuetudinē de ciuitate Nürenberge exiret/ ꝟsus ca
pellā sancti Leonardi/ satis ꝓpe muros dicte ciuitatis iacē-
tem: ad quā deuotoꝝ hoīm multitudo/ dietim solet cōfluere

ɔstitutus in itineris dicti spatio meditabundus ꝛ ftibūdus ad obtinendū id qđ iā diu desiderauerat: inopinate tantus doloꝛ suo coꝛpi ꝛ tristicia illabebaꝛ anime. vt oibꝫ deficiētibus viribꝫ/cogereꝛ soloteꝰ cadere: seseqꝫ illico putabat animā e coꝛpe perdere. Uerū/qꝛ istud diuinū munusculū cōmunicatiōis dñice passionis/nō in babitu ꝛ pmanenter: sed solum dabaꝛ in passionis ꝛ trāsitꝰ cuiusdam modo/idcirco resumptis viribꝫ resedit: ꝛ vltimo surrexit gratiꝰ deinceps ꝛ deuotius/imo ꝛ dulcius Chꝛisti passionē mēte reuoluēdo ꝛc. Ecce habes ꝙ merito ꝓ particula posita est hec tristicia /nr̄e placente. Tantum ergo de prima particula.

Feria tertia Uigilia beati Mathie.

Accipite ꝛ comedite. Matth. xxvi.

2 Sāgui nei sudo ris effluxio. Ecunda particula nr̄e placente/passionis dñice est [Sanguinei sudoꝛis effluxio.] Dicūt enim Euangeliste et presertim beatus Lucas/ꝙ

Textus

R ¶Oꝛāte Jesu: apparuit illi Angelus ɔfoꝛtās eū. Et factꝰ in agonia plixius oꝛabat. Et factus est sudoꝛ eiꝰ sicut gutte sanguinis decurrentis in terram ꝛc.]

Masticatio.

¶Ecce particulā/frangamꝰ eā ꝛ masticemꝰ. vt inde fructū et virtutē eius sentiamus: frangamus eam in tria frustilla. ¶Queris eñ primo. Cur angelus eū ɔfoꝛtauit/cū ɔfoꝛtari nō indigeret: qꝛ deus? Respōdeo ꝛ dico primo ꝑm q̄sdam ꝙ Chꝛistus ɔfoꝛtari voluit pꝑter se.i. ꝑpter sensualitatē suā que tristabaꝛ ꝑm Lyrā. Et huic ɔsonat Guilhel. Antis. qui pulchꝛe de hoc scribit libꝛo.iij. folio.xlv. inter alia/sic dicēs. Propter hoc nobis videꝛ/ꝙ aliqs angelus ꝑp̄ie custodierit Chꝛistū. sicut dicit scriptura/psalmo.x ꝛ glosa. et ꝑm hoc nō opoꝛtet dici/ꝙ ỽbū custodiendi impꝛopꝛie ponaꝛ in psalmo.xc. vbi dicit. Custodiāt te in oibꝫ vijs tuis. Potuit enim

supplere defect⁹ Christi angelus q̄s assumpsit: cū nr̄a natu/ra. vt q̄n̄ p ministeriū angeli venit piscis ad Petrū: in cuius ore inuenit Petr⁹ staterē siue didragma q̄ soluit p se ꝛ dn̄o. Eodē mō ad supplendū alios defect⁹. s. sitis esuriei: ꝛ huius modi alios defectus sensualitatis potuit habere angelū ad sui custodiā. Et s̄m hoc exponende sunt ꝛ alie auctoritates: excepta illa q̄ dicit/ q̄ astitit ei angelus confortās eū/ quā sic exponūt magistri. Confortās. i. habēs se ad modū confortantis Itē angelus ꝓprie confortabat eū: q̄ꝛ̄ eū ad motū sensualitatꝫ q̄ Christus horrebat mortē. sicut Christus ratione confortabat suā sensualitatē. sicut ꝛ sancti cū dicunt. Quare tristis es aīa mea? et quare cōturbas me. spera ī deo ꝛ c̄. Angelus ergo confortans Christū nō docebat mineruā/ sed ei cōsentiens/ confortabat ei⁹ sensualitatē. Hec Guilhel. Antis. Dico secūdo. q̄ cōfortari voluit Christus nō ꝓpter se: sed ꝓpter alios. Primo quidē vt ostēderet suā diuinitatē/ ꝛ esse se maiorē angelis quia angelus p modū seruientis eū confortauit. Dicit em̄ Lyra. Confortās eū angelus p modū seruiētis: q̄ factū fuit ad confirmandā fidē discipuloꜝ/ q̄ Christus sit maior angelis ratione deitatis. Secūdo. s̄m alios. vt ostēderet suā humanitatē: q̄ s̄m Lyrā confortabat ꝯ tristiciā insurgentē in pte sensitiua ex apprehēsione mortis iminētis. Tertio vt ostēderet doloris magnitudinē. Audi Gabrielē q̄ dicit. Sed effusio sanguis ei⁹ cū sudore/ fuit miraculosa a Christo sup naturā facta. vt tali signo isolito/ a secul' nō audito insolitā anxietatꝫ sue ꝛ dolorꝫ magnitudinē demōstraret. ꝓpter qd̄ nō modicas fudit guttulas: sed guttarū imbrē/ suo effluxu/ nō solū vestes: sed etiam terrā tingentiū. sicut aperte dicit euangelista. ⌈ Fact⁹ est sudor ei⁹ tanq̄ꝫ gutte sanguinis ⌋ nō inq̄t stillantꝫ sed ⌈ decurrētis in terram ⌋: nedum in vestes. Hec Gabriel.

¶ Queris sedo. Utrū angelus etiā cōsolatus fuerit beatā virginē? Respondeo/ q̄ credendū est q̄ sic: si Gersoni credere dignū putas: q̄ sic ait in passiōe dn̄i. Apparet mihi absq̄ preiudicio credi posse te Gabrielem ipsam visitasse. dicendo Ne timeas Maria. et incepisse recolere fructū ex hac passione ꝓcessurū/ gloriā ꝛ gaudiū/ qd̄ post Christi resurrectionē

esset visura &c. Hec Gerson. ¶ Queris tertio quid sit agonia: Respōdeo/ ꝙ duplex est. Quedā enī est agonia q̄ est in ratiōe/ que importat cōcertationē voluntatū ex diuersitate rationū ꝓcedentē. Puta/ cū aliq̄s s̄m ꝙ ratio ꝯsiderat vnū/ vult h̄ et s̄m ꝙ rō ꝯsiderat aliud/ vult aliud. Hoc enī ꝯtingit ꝓpt̄ debilitatē rōnis/ q̄ nō pōt diiudicare qđ sit simplicit̄ meli⁹. Et talis agonia ī Christo nō fuit: quia suā ꝑ rationē iudicabat esse simpliciter melius/ ꝙ ꝑ ei⁹ passionē impleret volūtas diuina circa salutē humani generis. Alia est agonia in sensualitate/ q̄ importat timorē infortunij īminentis. et hec fuit in Christo. hec Tho. parte. iij. q. xviij. ar. vi. ad tertiū quē vide Et hec s̄m Lyrā fuit releuatio sensualitatis/ mortē horrentis ꝛ rōnis/ ipsam acceptātis: qꝛ ꝟtute diuina quelibet pars permittebat̄ agere et pati/ ꝙ erat sibi ꝓpriū. hec Lyra. Nam s̄m Gersonē vbi supra: ratio viuaciter ꝛ clare ieuitabiliterq̄ ostendebat sensualitati/ mortē amarissimā/ quam paulopost erat passura. Voluitq̄ ratio sensualitatē eā sustinere mortē ad obediendū deo/ absq̄ cogitanda fuga/ et absq̄ q̄cūq̄ medio excogitādo. Ex aduerso vero sensualitas percipiēs hāc mortē ꝑsentiebat omnia futura/ ac si essent ꝑsentia. Ideoq̄ maiorem īmodum reluctabat̄ tali morti/ cum nullum videret effugiū: nec euadendi potestatē vllā. Ideo expediebat eā tanq̄ rōnis ancillā eiq̄ subiectā/ obtemparē oīnō ꝙ ratio iuberet. cūq̄ ratio ita vellet sicut de⁹/ obediebat sensualitas: et
V buic se submittebat pene. Videt̄ igit̄ quale illic fuerit certamen ꝛ duellū. Exemplum de Cirurgico ꝛ egroto/ q̄ inuitus obediret/ obediret tamē ꝯstanter. Est insuper facile creditu ꝙ cū ratio cognosceret sensualitatē/ eidē hoc pacto se obedientem/ suscepit ex hoc in deo singulare gaudiū ꝛ naturalem feruorē atq̄ vigorē/ ꝑ quē tot⁹ sensualitat̄ sanguis fuit cōmotus: ꝛ ex tali cōmotione ꝓcessit sanguinis sudor. Licet poti⁹ miraculosus sit q̄ naturalis/ cū verus sanguis sit/ ꝛ tā abundans/ vt etiā decurreret in terram. hec Gerson. ¶ Queris quarto. Unde prouenerat sudor sanguinis: Respōdeo s̄m Lyram primo. ꝙ ex vehementi anxietate sensualitatis q̄ ꝑmittebatur agere ꝛ pati/ quod erat sibi propriū: ꝛ inde fiebat

vt nō solum humores exirent per sudorē: sed cū hoc aliquid de sanguine sudorē tingēte. Secūdo puenit fm Bernbardinū ex timore z amore bellantib⁹ in corde Jesu. Dum enim attenderet tam graue bellum sup se verissime imminere/timore cōcussit sensituum suū/ et quo sanguineus sudor fuit ad interiora reductus. Super hunc autē timorē reijciendū fortissimus et feruentissimus amor/ tanq̄ mire magnitudinis malleus/repercutiens et ipsum excludens/omnes poros Jesu Christi et venas largiter relaxauit. vt sic de toto corpore flueret sanguineus sudor/ decurrens in terrā. hec Bernbardinus in quadragesimali de contractibus. Sermone. lv. Tertio prouenit supernaturaliter fm Lyram. vt scilicet sanguis p sudorē exiret. vt sic Christus iam suū sanguinem pro salute nostra fundere inciperet zē.

Fructus.

¶ Queris nunc. Et q̄ sunt fructus illi⁹ particule comeste et masticate? Dico q̄ tres sunt fructus z virtutes. Prima virtus est: quia excitat spem de custodia angelica. Concordant enim in hoc Jordanus et Gerson / q̄ fideliter sperare debem⁹/q̄ sancti angeli assistant nobis orantibus/ confortātes nos in oratione. et ideo dictū est q̄ nō propter se/sed propter nos et nobis orans dominus confortari voluit ab angelo. vnde Bernbardus super cantica. sermone. vij. Angeli psallentibus dignanter admisceri solent. vnde in psal. dicit. Preuenerunt principes cōiuncti psallentibus. Et alibi. In conspectu angelorum psallam tibi. Euigilem⁹ ergo fratres neq̄ in sacris vigilijs somno deprimamur. veneremur pot⁹ celi ciues. In presentia em̄ principum/ tanq̄ mortuos nos apparere quid absurdius? qui tamen nostra alacritate permoti nostris delectantur solennijs interesse. ne ob nostram desidiam indignati recedāt: et vnusquisq̄ nostrū cum gemitu dicat. Longe fecisti notos meos a me: posuerūt me abbominationē sibi. Et illud. Qui iuxta me erāt de lōge steterūt z vim faciebāt q̄ q̄rebāt animā meā. Pro certo em̄ si se a nobis beati spūs elongauerint/ impetus maloꝝ q̄s sustinebit?

y Discamus hic fratres/et cũ Gersone dicamus Jesu vltima spes nr̃a ⁊ vnicũ solatiũ digneris p te/tuosq̧ bonos angelos in omnib⁹ tribulationib⁹ afflictionibusq̧ ꝯfortare:p̄cipue in postrema necessitate nr̃a: in tremẽdo mortis nr̃e certamine vt habeamus p verã penitentiã tui doloris/ tui sudoris sanguinis/orationisq̧ memoriã. Amẽ. ¶ Secunda virtus huius particule est ꝙ excitat timorẽ. dicit Gerson vbi supra. O vere totius mũdi pater ⁊ saluator. si agonia mortis/ cũ tibi p̄sentaret ⁊ appropinq̄ret tantã tibi ſm humanitatẽ iniecit tristiciã: fecitq̧ plixius orare: q̄ indubitato gloriã eras intraturus. Quid mirũ si paup ego ⁊ miserabilis peccator: qui nescio q̄ post mortẽ deuecturus sim: nec quã sumpturus sim viã: an eã q̄ ad saluationẽ sit/an eã que ad ppetuã dãnationẽ Quid mirũ inq̧ est. si tremo ⁊ tremisco/cũ ei⁹ habeo memoriã. Sed q̄d mirũ si sanguinẽ sudo ex omni eo ꝙ intra me est ob insignẽ pauorẽ, timorẽ/⁊ mortis horrorẽ: quoties aut nominat: aut ei⁹ mihi memoria ĩ mentẽ venit. Parce mihi mi dñe ob miserabilem cordis mei duritiã: q̄ ista renitit sufficiẽter pensitare: sed potius ridet/iocat/⁊ vilipendit: etiã in hui⁹ mortis memoriã: nisi forsan cũ iam eã sentiat ⁊ ip̄m pungat

z atq̧ iam ꝯstringat. hec Gerson. ¶ Tertia virtus hui⁹ particule: est ꝙ excitat ad orationẽ. In agonia eñ plixius orabat. Nos miseri de q̄to nobis ppinquior mors est ⁊ senecta de tanto frigidiores ⁊ segniores sumus. Et tñ nullum aliud refugiũ tũc habemus q̄ eleuare manus ad deũ p orationem Psal. Eleuatio manuũ mearũ: sacrificiũ vespertinũ. Ergo i quacũq̧ necessitate ꝯstituti: debemus refugere ad orationẽ. et q̄to necessitas fuerit maior: de tanto oratio debet esse prolitior. neq̧ te pigeat si quãdo forsitan nõ exaudiaris. sed cõsidera: q2 statim postq̧ Christ⁹ se volũtati paterne submisit angelus eũ cõfortauit in q̄ innuit ꝙ licet quandoq̧ nõ fiat quod petit. quia forte nõ expedit. semp tamẽ oranti mẽtalis cõsolatio confert. ſm Ludolfum. Et hec de ṽtutib⁹ secũde particule huius placente.

Feria quarta: et festo sancti Mathie apl̄i.

Accipite et comedite. Matth. xxvi.

Primo recitauit hystoriam de sancto Mathia ad septem puncta eā redigendo breuiter.

Ertia particula passionis dominice est. Venditio. Vendi
t Queris autē tria. Primo quis eā pponat. Secun/ tio.
do/quomodo sit masticanda. Tertio/que sit virtus huius particule? Respōdeo igit̄ de primo et dico q̄ nobis illam particulam pponant Euangeliste tres. Dicunt eīm q̄

Textus

¶ Congregati sunt principes sacerdotū et scribe/et seniores populi in atriū principis sacerdotū q̄ dicebat̄ Cayphas et cōsiliū fecerūt: et querebāt quomodo Jesum dolo tenerēt et occiderent. timebāt vero plebē. dicebāt autē. Nō in die festo/ne forte tumult⁹ fieret in populo. Intrauit autē Sathanas in Judam/qui cognominabat̄ scarioth/vnū de duodecim. Tunc abijt vn⁹ de duodeci/ q̄ dicit̄ Judas scariothis ad principes sacerdotū et summos sacerdotes. vt pderet eū illis: et locutus est cū principib⁹ sacerdotū et magistratibus quemadmodū illū traderet eis: et ait illis. Quid vultis mihi dare: et ego vobis eū tradam. Qui audiētes: gauisi sunt: et pmiserūt: et pacti sunt pecuniā illi dare: et cōstituerūt ei triginta argenteos. Et spopōdit. Et exinde querebat oportunitatem quomodo illū traderet sine turbis etc. Habes ergo primū videlicet quis proponat nobis hanc particulam. A

Masticatio.

¶ Queris secūdo/quomodo masticāda sit hec particula. Et videtur primo/ q̄ nō sit debitus ordo: qz venditio pcessit trsticiā et sudorē? Respondeo verū est q̄ initiatiue precessit venditio: sed nō consumatiue. Unde dicit Marcus: q̄ pmiserūt ei pecuniā se daturos: et Judas spopondit/ sicq̄ pmissiones hincinde facte sunt/ p quas initiatus fuit ɔtract⁹: sed postea peracta cena: cum dixisse dn̄s Jude. Quod facis fac

citius. Tunc ille cõtinuo exiuit ad cõsumandũ forũ suũ. Et tũc egresso Jesu cũ discipulis suis in montẽ oliueti/interim ꝙ illa que in duob⁹ articulis ꝓcedentib⁹ dicta sunt agebant
B Judas cõsumato cõtractu/ꝛ receptis.xxx.argenteis/accepit cohorte: et tunc venditio apparuit cũ effectu. hec Jordan⁹. Cõgrue igitr ponitr: sed ꝛ ↄgrue hodie de ea ꝑdicatr: qꝛ hodie est feria quarta in qua vẽditio fuit ꝑ Judam incepta. et festũ scti Mathie/ꝙ Jude in aplatu ꝑ sortẽ successit. ¶ Secũdo queris. vtrũ venditio sit passio. ꝛ vtrũ digne ponatr inter particulas passiõis. Dico ꝙ sic: qꝛ ꝑ hoc passus est Christ⁹ maximã vilipensionẽ/cũ ipse qui est summũ bonũ/et infinite bonitatis/in ꝙ sunt omnes thesauri/vili ꝑcio fuit estimat⁹. vñ Hieronymus. Infelix Judas: damnum ꝙ ex effusione vnguenti se habuisse credebat/vult magistri ꝑcio cõpensare. Certam autẽ nõ postulabat summã/ vt saltẽ lucrosa videretr proditio: sed quasi vile tradens mancipiũ/in potestate emẽtium posuit ꝗtũ vellent dare: quare/sine dubio magna fuit passio venditio illa. etiã qꝛ venditus vili ꝑcio/a discipulo/ab apostolo/vno ex duodecim de toto mũdo electis. vñ Psal. In persona Christi. Si inimicus me⁹ maledixisset mihi: sustinuissem vtiqꝫ. hinc Crisostom⁹ exclamat. O dementiã o cupiditatẽ ꝑditoris. cũcta eñ mala cupiditas ꝓcreauit: ab hac Judas captiu⁹ cupiditatis insania/ cõmuniõis mense: discipulatus/admonitiõis/ suasionisqꝫ oblit⁹ est. itaqꝫ cũ nõ minima passio fuerit/digne iter ꝑticulas passiõis enumeratr.

Fructus

¶ Queris tertio principaliter. que sit virtus huius placete: Respondeo ꝙ triplicẽ habet fructũ: quia facit cautũ/iocundum ꝛ prodigũ. hebũtsam/mũtsam/teilsam. Primo fa
C cit cautũ. Ne ꝛ nos vendamus Christũ/sicut Judas. Sũt eñ ꝙ nephariũ scelus Jude abhorreant: ꝛ tñ similes sunt ei. Queris. et qui sunt similes Jude: Respõdeo ꝛ dico. Primi sunt/iniusta acquirẽtes. Nam quicũqꝫ scienter res iniustas cõtra deũ et iusticiã acqrit/Christũ vendit. et talis quãdoqꝫ vendit Christũ/ꝑ grosso aut vno denario/quẽ Judas ven

didit p triginta denarijs. Secũdi siles sunt Jude/testimonium falsum/aut iniquũ iudiciũ pferentes. Dicit eñi Beda Cum p muneribꝫ falsum testimoniũ/aut iniquũ iudiciũ pferunt: pfecto veritatẽ negando: dñm qui veritas est/ p pecunia vendunt. Tertij similes Jude sunt/ omnes iniusta faciẽtes/capiẽdo iusticiã generaliter. vnde Origenes. Omnes q̃ p temporalibus z mũdialibꝫ rebus iusticiã deserunt. Deũ q̃ iusticia est/vendũt. Quarti sunt symoniaci/ q̃ gratiã dei/ q̃ in sacramẽtis z in alijs sacratis rebꝫ z spiritualibꝫ opat p temporalibꝫ rebꝫ cõmutant: et nota q sicut simonia peccatũ est tam in dãte q̃ in recipiente. sic nõ solum peccauit Judas in vendendo Christum: sed etiã iudei in emendo ipsum. Dicit Jordano reliq̃. ¶ Secunda virtus huius particule est/ q facit iocundum per patientiã. Inueniunt multi egreferẽtes cũ vilipendunt. tu autẽ cogita vilipensionẽ Christi/ cũ vẽdit triginta denarijs: z a Juda z saltẽ patere/ vt estimeris ab alijs talis qualem tu te estimas. vñ Bernhardus. Tũ te depciaris in secreto cordis tui apud temetipsum trutina veritatis põderatus/ z foris alterius pcij mẽtiens maiori te pcio vẽdis nobis q̃ ab ipsa veritate accepisti. Time deũ. z noli facinus hoc pessimũ perpetrare. vt quẽ humiliat veritas/ extollat voluntas. Hoc eñi est resistere veritati/ z pugnare ↄtra deum. hec Bernhardus. Simile potes assumere de mercatore/ estimãte pannũ in apoteca sua. quomõ tñ nollet a rustico estimari. Accipe z aliud exemplũ. de q̃ Gerson. Ait eñi. Erat mulier inclusa: cui subseruiebat per fenestrellam quedã ancilla. conueniebãt alij m'lti/ pars ex curiositate. pars ex deuotiõe. pars ex miseratiõe. Audierat fortassis hec inclusa/ q iust^9 in principio accusator est sui. Erat ei mos/ demissis oculis/ rauca z exili voce cũ singultibꝫ suspirijs z plangore/ se peccatricẽ accusare. se indignã videre lumẽ celi p̃ multitudine iniquitatũ suarũ se, ppter ea reclusam esse. Audiebat ancilla frequenti^9 hos sermones. cõtigit tandẽ aliquẽ venire quosdã ad locum illum/ quibus petentibꝫ quid dña sua/ hec bona mulier reclusa faceret: Respõdit ancilla. Sustinete paulisper/ quoniam puto quiescit. Inter loquẽdũ (vt fit) quesierũt ab ancilla qd D E

ei de dña sua videret. Quid vult; dicā vobis: hec est pessima peccatrix/pessima oīm q̄s terra sustinet. Subaudiens huc sermonē reclusa: exiliit de repente furens z insaniēs. Mentiris vilissima/mētiri; venefica. Ego bona sum mulier. Porro ancille nō defuit vafra z acuta responsio. Oro p vestram fidem: o domina ne turbemini. Existimabā vos bacten⁹ vera dixisse; q erat; maxima peccatrix. Quid responderet dña nō habuit: nisi q est q̄ se nequiter humiliat. Et iterū/est qui corde loquit z ore zc. Hec Gerson. Habet; ergo: quomodo et nos vilipendi/imo z nihilipēdi p Christo pati debeamus vt cū Psalmista dicam⁹. Propter te sustinui obprobriū zc.

¶ Tertia virt⁹ p̄sent; particule est/quia facit pdigū. Sis tu pdigus frater/Christus vendit/et tu te vende. Si enim regnū celoꝝ venale est/et tm̄ valet q̄tū habes (vt Gregori⁹ dicit) Sed tu nihil habes meli⁹ teipso. Vende ergo teipm̄ p celoꝝ regno: sicut Christus voluit vendi: vt nobis acquireret regnū celoꝝ. Sed ais? Et quomodo vendā meipm̄? Respōdeo. Abnega teipsum/vive deo/vende te audacter: q2 Christus iubet. Ait enim in Euangelio. Si quis vult venire post me abneget semetipm̄/et tollat crucē suā z sequat me. Item nisi te vēdideris/fructū nullū feres. Ut in euangelio habet. Nisi granū frumenti cadēs in terram mortuū fuerit ipsum solū manet zc. Cum igit opus sit z oporteat marcescere: nec vllus euadēdi modus supsit: Nonne eligibilius est ab aquila Christo et virtute consumi/quā a coruo diabolo scꝫ z vitio. Faciamus ergo vt pter deū/iusticiā z regnum dei marcescamus potius q̄ pter diabolū et vitia. Et tantū de tertia particula nostre placente Christi Jesu.

Feria quinta post Innocauit: altera Mathie.
Accipite z comedite. Matth. xxvi.

4 Traditio. F q Uarta particula passionis Jesu Christi: est traditio Jude per osculum ad seruandum debitū/ bacte- nus obseruatū z obseruandū pcedendi modū. proponam in primis particulā nostre placente. Secūdo mastí

candā vobis tradā. Et tertio/ fructus ⁊ vtilitates eiusdē vobis enumerabo. Dico primo. ꝙ illam particulā nobis ꝓponunt Euangeliste sic dicentes.

Textus

¶ Cum surrexisset Jesus ab oratione/ tūc venit ad discipulos suos tertio/ et inuenit eos dormiētes p̄ tristicia. Et ait illis. Dormite iam ⁊ requiescite. Tunc ait Jesus discipulis suis. Sufficit. Ecce appropinquabit hora/ et fili⁹ hoīs tradetur in manus peccatoꝝ: quid dormitis. Surgite et orate ne intretis in tentationē. Eamus/ ecce appropinquabit et ꝓpe est/ qui me tradet. Sciebat aūt ⁊ Judas qui tradebat eū locum: quia Jesus frequēter venerat illuc. Et adhuc eo loquēte: ecce q̄ vocabat̄ Judas scarioth/ vnus de duodecim B
cū accepisset cohortē: et a pontificibꝰ ⁊ phariseis ministros venit illuc: et cū eo turba multa/ cū gladijs ⁊ fustibꝰ ⁊ lignis laternis ⁊ facibꝰ et armis/ missi a p̄cipibꝰ sacerdotū ⁊ senioribus populi ⁊ scribis. et ipse antecedebat eos. Dederat aūt traditor eis signū dicēs. Quēcūqꝫ osculat⁹ fuero/ ipse est tenete eum/ et ducite caute. Jesus itaqꝫ sciens oīa/ que vētura erant sup eū. Processit ⁊ dicit ad eos. Quē queritis? Respōderūt ei? Jesum nazarenū. Dicit eis. Ego sum. Stabat aūt et Judas/ qui tradebat eū cum ipsis. Ut ergo dixit eis. Ego sum. abierūt retrorsum ⁊ ceciderūt in terrā. Iterū ergo interrogauit eos. Quē queritis. Illi autē dixerūt. Jesum nazarenū? Respōdit Jesus. Dixi vobis/ qr ego sum. Si ḡ me q̄ritis/ sinite hos abire. vt impleret̄ sermo quē dixit. Quia quos dedisti mihi nō perdidi ex eis quenqꝫ. Et appropinq̄bit Judas ad Jesum. vt oscularet̄ eum. Et cū venisset/ statim accedens ad eum/ dixit. Aue rabi. Et osculatus est eū. Dixitqꝫ illi Jesus. Amice ad quid venisti Juda osculo filium hominis tradis? Ecce particulam.

Masticatio.

¶ Dico secundo ꝓ masticatione illius particule/ ꝙ diligēter masticāda est. ¶ Queris autē primo. Utrū traditio etiā

sit penalis? Respondeo q sic: et hoc ppter tres causas. quarum prima est: quia facta a suo discipulo/uno de duodecim numero quidem non merito. Unde glosa. Dolebat dns de eo/q discipulus suus/quem ipse dns ad tantam dignitatem apostolatus acceperat factus est proditor. Secunda causa est: quia signo pacis et amicitie: scz osculo tam fraudulenter tradebatur. Unde Ambrosius sup Lucam: duo ista aggrauans/ dicit sic. Juda amoris pignore vulnus infligis: et pacis instrumento mortem irrogas/seruus dnm/discipulus magistrum/ electus auctorem prodis. Tertia causa est: non minus penosa. q scz istud fedum os pditoris/contingere audebat tam amarosum et melliflum os verbi eterni. Si enim nauseabile est cuiq boi suscipere osculum: ab aliquo habente os fetidum. Quanto magis fuit penale Christo/suscipere osculum/ab ore tante feditatis. vtpote/cuius cor sathanas/et omnis spurcitia repleuerat.

¶ Queris secundo. Quare dedit Judas signum osculi/cum Christus esset notus omnibus? Ad hoc respondeo scdm Jordanum quadrupliciter. Dico ergo primo scdm Orige. q due forme fuerunt in Christo. Una scdm quam eum oes videbant. Altera scdm quam transfiguratus fuit in monte coram discipulis. Dico secundo: quia vnicuiq apparuit Christus/scdm q erat dignus. sicut et de Manna scriptum est. q habebat saporem ad omnem vsum conuenientem. Sic et verbum dei non similiter omnibus apparebat: sed dignis mellifluus/indignis mortiferus: put singuli afficiuntur in ipsum verbum eternum. Dico tertio et magis ad lram scdm Criso. q quia multoties detentus ab ipsis/p transijt/nescientibus eis. et ideo indigebant signo. Dico quarto. quia Jacobus minor multum erat similis dno in facie: quare ad discernendum inter eos dedit eis signum. ¶ Queris tertio quare Christus appellauerit Judam amicum? Dico primo q Christus ei multa bona exhibuit: qre merito debebat eum diligere. Secundo/q Christus paratus erat Judam etiam recipere in discipulum: et ad amicitiam. Unde in Decretis sic habet. Judas a venia exclusus non fuisset: si ipsam a Christo postulasset. De peni. dis. ij. Iterum bis. Tertio: quia signum amicitie ostendit Christum scilicet osculando.

¶ Tertio restant huius particule vtilitates et fruct⁹ declarandi. Queris nūc. quot sint vtilitates hui⁹ particule. Dico q tres sint vtilitates et virtutes illi⁹ placēte. Primo accipimus ex illa particula. Ne et nos Christū tradamus osculo. Et hoc potest fieri tripliciter. Primo in se: quia ille Christum tradit/qui scienter indigne corpus Christi sumit. ergo Christus potest dicere (sm Gregoriū) de quolibet sumente corpus Christi indigne: sicut dicit de Juda. Ecce man⁹ tradentis mecū est in mensa. Sicut Judas tradidit Christum persequutoribꝫ. sic sumens corpus suū indigne: tradit illum (in q̄tum in se est) demonibꝫ. dum ponit eum in locū qui est demonum. Unde Augustinus. Magis peccāt qui tradūt Christū peccatoribꝫ membris quā qui tradiderūt eū crucifixoribꝫ. Uñ Remigi⁹. Ue tradētibꝫ Christū crucifixoribꝫ. Sed ve q̄ cū maligna cōsciētia sub sacramēto sumūt illum. Secūdo potest illa traditio fieri in proximo: et hoc fit cū q̄s proximū diligere se simulat: et malū ꝯtra eū machinat ꝓbis dolosis: quā traditionē sibi Christus assumit. Juxta illud Matthei. xxv. q vni ex minimis meis fecistꝫ: mihi fecistꝫ etc. Unde quidā dixit. Quādo bonū faris: et in corde malū meditaris: oscula q̄ Judas dn̄o dedit mihi das. Tertio pōt fieri talis traditio in ipsos: et huiusmodi traditores sunt q̄ ore se dicunt nosse deū: et credere in eum/ factis autē negant. Sicuti legit in cathalago episcopi Equilini. li. vij. ca. xlvi. Ubi torquatus quidam christianus/ qui apostatauerat sancto Caio pape se callide sociauit: et simulata christianitate arte egit. vt ipse vnacum sancto Tiburtio orantes ab infidelibus comprehenderentur. qui et Fabiano prefecto presentati sunt. Et dum confestim torquatus Christum negasset. Et hoc idem Tiburtio suaderet. ipseq; magis Christū cōfiteretur. Jussit Fabianus carbones accendi: et vt Tiburtius/aut thura super eos / dijs imponeret. aut nudis pedibus desuper ambularet. Qui inuocato Christi nomine/ et nuda planta super carbones incedens/illesus omnino

2 permansit. Quē Fabian⁹ via lauicana/extra vrbem eductū decollari pcepit/vbi et sepultus est. ec. Ecce pdicti sīles sunt et erūt qui in seipsos deū tradūt. Hoc est: qui pfitent deum ore. corde autē illud nō pbant. De talib⁹ dicit Esa. xxix. Populus hic labijs me honorat: cor autē eoꝝ longe est a me.

Secunda vtilitas hui⁹ particule est/ vt discam⁹ patienter ferre malos. sicut et Christus patiēter tulit Judā. Unde Ambrosius sup illo vbo. Juda osculo tradis filiū hominis: Magna inquit o dñe signatio pietatꝭ: magna disciplina virtutis: et pfiliū pditionis aperit/ et adhuc patientia nō negat.

Tertia vtilitas est/vt discam⁹ diligere et corrigere: sicut et Christus. Dicebat enim. Amice ad quid venisti: Ubi dicit Ambrosius. Amantis affectu corripuit pditorē: et ideo etiā pprium nomē apposuit dicens. Juda osculo filiū hois tradis/ qđ nō dolentis erat/sed reuocātis. vt dicit Crisostom⁹ Uides ergo quomodo Christ⁹ dilexit et correxit. licet nihil pfecerit corrigendo Judam. Dicit enī/ quē de⁹ despicit/ hūc nemo corrigere poterit. Timendū autē est/ nos sīles esse Jude ꝑm Gersonē: qꝛ licet exprobremus et detestemur peccatū Jude: et nec imerito quidē. Nihilominus tamē singulis qsi

M diebꝰ/singula qualia peccata Judas perpetrauit. hoc vł illo
1 modo cōmittim⁹. Judas auar⁹ fuit. Quot sunt huiusmodi in mundo. Judas ob auaritiā magistrū suū vēdidit. et dominū q̄ad humanitatē. Et ob auaritiā/aut alio minore peccato/quotidie nos Christū ꝑm diuinitatē vēdimus: ipsum
2 negamus et pdimus. Judas elemosynas et bona pauperū furabat: vt vxori sue daret et filijs. Quero a vobis si nōnulli ecclesiastici aut aliq testamēto et executores/ nō sic faciāt aut
3 peiora. Judas noluit Jesu Christi predicatione conuerti. Quot audimus quotidie/tam publicas/q̄ pūatas pdicatio-
4 nes. Nec tamē in vllo emēdamur. Judas recepit pciosum corpus dñi Jesu/in statu peccati mortalis/in puerso ppositο/ea ppter inimicus citius corpus eius intrabat. In festo pasche queso/et inter presbiteros quotidie/ possent ne tales
5 reperiri: Judas pdidit magistrū suū et dñm osculādo/ qđ signum amoris esse debuit. Peto a vobis/osculando pacis

signū in ecclesia: aut sanctū altaris sacramentū. aut fingendo exterioꝛē bonitatē. pꝛodimus ne Chꝛistū Jesum in suis membꝛis: p odiū: aut inuidiā: queadmodū osculando Judas tradidit Chꝛistū Jesum. his q̄ postea eū crucifixerunt. Hec Gerson. Habes ꝛ nūc frater huius particule fruct⁹ ꝛ vtilitates: quibus cōtra varios moꝛbos vti potes.

Feria sexta post Inuocauit.
Accipite ꝛ comedite. Matthei. xxvi.

Quinta particula placēte nostre dñice passionis est q [Captiuatio.] Pro pꝛimo igit vt scias quis eam pponat Dico pꝛimo q illā particulā passionis p ponunt nobis Euangeliste dicentes/ q 5 Captiuatio. H

Textus

¶Postq̄ Judas osculo tradidisset Jesum. Tūc accesserunt ꝛ manus iniecerunt in Jesum/et tenuerunt eum. Uidētes autē hi: qui circa ipsum erant quod futurū erat. Dixerūt ei. Domine si pcutimus gladio? Et ecce vnus ex his q̄ erāt cū eo de circūstātib⁹ Symon petrus/ habēs gladiū. Extendens manum eduxit eū/ ꝛ pcussit seruū pꝛincipis sacerdotū et amputauit auriculā eius dexteram. Erat autē nomē seruo Malchus. Respondēs aūt Jesus ait. Sinite vsq̄ huc. Et cū tetigisset auriculā eius. sanauit eū. Dixit ergo Jesus Petro. Calicem quē dedit mihi pater/non vis vt bibam illum? Conuerte gladiū tuū in locum suū in vaginā. Omnes eīm q̄ acceperint gladium/ gladio peribunt. An putas: quia non possum rogare patrē meum: ꝛ exhibebit mihi modo plus q̄ duodecim legiones angeloꝝ. Quomodo ergo implebuntur scripture: quia sic opoꝛtet fieri. In illa hoꝛa dixit Jesus turbis/ꝛ ad eos qui venerāt ad se: Pꝛincipes sacerdotū/ꝛ magistratus templi/et senioꝛes. Tanq̄ ad latronē existis cū gladijs ꝛ fustibus ꝛ lignis compꝛehendere me: quotidie apud vos sedebā docens in templo/ꝛ non me tenuistis/nec extendistis man⁹ in me. Sed hec est hoꝛa vestra ꝛ potestas tene O

brarum. Hoc autē totum factum est vt implerenť scripture prophetarum: et sic ceperunt eum ⁊ tenuerūt ⁊c. Ecce captiuationis passionem.

Masticatio.

¶ Secundo de masticatione ⁊ manducatione illi⁹ particule. Queris ergo primo / q̄d sit legio? Dico breuiter: legio est 6666 hoīes: ⁊ appellať lingua macedonū · Phalanx. lingua gallorum Caterua. lingua nr̄a legio. lingua theutonica her. Cohors habet hoīes. 500. ein rott / ein hauff. Centuria cētum. Ala. 30. Hec vide in Breuiloquo in v̄bo legio: ⁊ Cornucopie. ¶ Queris secundo. An Christus captus sit volūtarie? Dico q̄ sic. Quia frequenter eū comprehēdere voluerunt sed nō potuerūt. sic nec nūc potuissent: si ipse noluisset. sicut eos solo verbo / p̄strauit. sic solo v̄bo eos fugare vel etiā annibilare potuisset si voluisset. Dico secūdo / q̄ i hac captiuatione p̄bauit se verū corpus habere / cōtra futuros hereticos: q̄ corpus habebat qd̄ teneri ⁊ cōprehendi potuit. Nō enim teneret nisi homo. nō videret nisi homo. non occideret nisi homo. vt dicit Augustinus. Unde Ambrosius. Cum legimus teneri Jesum / caueamus ne putem⁹ eū teneri ſm diuinitatē / ⁊ inuitū q̄si infirmū: tenet eīm ſm corpis veritatem.

Queris tertio. Utrum hec captio fuerit penalis? Dico q̄ sic. Si eīm penale est cuilibet homini capi / p eo q̄ p captiuitatē adimit hoī libertas / tam cōditionis q̄ actionis. Conditionis in q̄: q̄ redigit in seruituť captiuatoris ſm legē ciuilem. Actionis etiā: quia capt⁹ nō potest facere quod vult. Quātomagis penale fuit Christo qui est dn̄s celi ⁊ terre: et quem celi et terra capere non poterant / q̄ ipse violentorum manibus tenebatur.

Fructus

¶ Tertio de fructu ⁊ vtilitate hui⁹ particule. Dico q̄ habet hāc vnā / que tamē p̄ciosissima est vtilitas: vt discamus nos ipsos captiuare. Quia sicut ⁊ Christus amore nostri semetipsum voluntarie tradidit captiuū iudeis: sic ⁊ nos pro

¶ Tertio de vtilitate hui⁹ particule: quarũ vnã tñ adducemus. Discamus hic nõ omni loco/tpe/ z corã quibuslibet personis/nos ad veritatẽ dicendam obligari. licet semp ex p̄cepto dei/ad nõ mentiendũ obligemur. Magna eñ est differentia inter mentiri/et veritatẽ tacere. Nam p loco z tpe (vt dictũ est) veritas taceri potest: sic tamen q nõ mentiamur. Et tantum de ista particula.

Feria quinta post Letare.

Ecipite z comedite. Matth. xxvi. Uicesimasexta particula est. Despectio Herodis. 26 Herodis despectio.

Textus

¶ Uidens eñ Herodes: q: Jesus nullum signũ faceret: nec verbũ aliquod ad interrogata respõderet: nec cõtra accusatores suos se defenderet: reputauit eũ fatuũ/et insane mẽtis/ac p hoc sp̄reuit eũ cũ exercitu suo. Ecce particulã. S

Masticatio.

¶ Masticemus eam paucis: z discamus post hac viuere sicut Christus vixit. Masticãdo igit̃ eandẽ: queris. Utrũ particula ista fuerit penalis Christo: Dico q sic. Si enim cuilibet nostro2/singular3: imo grauissima pena est/ab aliis despici. Quanta ergo huic summo bono Christo Jesu pena fuerit/ ipsi cogitemus.

Fructus

¶ Tertio de fructu hui⁹ particule. Discamus hic fratres viuere sicut Christus vixit: qui maluit a malis despici/ q̃ ab adulatoribꝫ false laudari. Sic z tu fac: aduertens Augusti

nũ dicentẽ. Nihil est q̄ tam facile corrumpit mentes hominũ/sicut adulatio. Plus enĩ nocet lingua adulantis/q̄ gladius persecutoris. Sed heu/multũ nũc adulari cõmune est Dicit enĩ Dieronym⁹. Qui adulari nescit/aut inuidus/aut superbus reputat. Itẽ Seneca. Mõstrabo tibi(inquit) q̃d omnibus potentib⁹ desit: vnũ sc3 q̄ verũ dicat. Tu autẽ nõ sic: sed Christũ imitare/tibi exemplum demonstrantẽ. Ora igitur/dicens. Jesu/qui ab Derode ꝛ exercitu suo/sperni nõ spreuisti. Da mihi mundanũ fastum despicere/ ꝛ maloꝝ despectus ꝓ iusticia nõ curare. Si hec feceris/ gloriã celestem cõsequeris. Juxta illud. Spernere mundũ: spernere nullũ spernere sese. Spernere se sperni/sequit̃ post gloria celi.

27 Albe vestis illusio Uicesimaseptima particula est. Albe vestis illusio. Nam ſm Euangelistas.

Textus

Non solum Derodes eum spreuit; sed etiam [illusit/induendo eum veste alba.]

Masticatio.

Secundo masticanda est particula ista atq̃ comedenda Dico igitur primo/q̄ illusio illa digne inter particulas enumeratur/cũ nõ minimã pene iudiciũ fuerit. Nam veste alba qua ab alijs hominibus fatui discernebant/ Christũ ornari fecit. vt ꝛ ipse dominus noster/ab omnib⁹ fatuus putaretur. Dico secũdo/q̄ hanc vestem representat nobis alba: qua sacerdos celebraturus induit̃. Licet enĩ Derodes hoc in derisionẽ fecerit: nõ tamẽ vacabat misterio: sicut ꝛ alia gesta circa passionem. Dico tertio/q̄ Christus habuit omnia pontificalia in sua passione.

1 Amictum enĩ suscepit/coram Pylato a iudeis velatus.
2 Albam habuit: qua indutus ab Derode.
3 Casulam suscepit a militibus: veste purpurea coram Pylato vestitus.
4 Cingulum habuit/quoad columnam ligatus fuit.

5 Stolam habuit: cum ad collum ligatur.
6 Manipulū habuit: qñ cū fune manus eius ligauerūt.
7 Pro mitra pontificali: coronam spineam habuit.
8 Pro baculo pastorali: arundinem in manu gestabat.
9 Cyrothecas et sandalia habuit: cum manus eius et pedes sanguine fuerunt rubricati.

Fructus.

Tertio de fructibus huius particule. Discamus hic primo: non turbari: si propter honestā vitā a malis irridemur. Uidemus enim/ q homines huius mūdi concupiscentias insectantes: derident religiosos cōtinentes: et sm spiritū viuentes: et pro fatuis eos reputant. Quia sapientia hu' mūdi stulticia est apud deum: et econuerso. Corinth. i. Hinc est q nouus homo noster Christus Jesus indutus alba veste: que innocentiā et mundiciā signat: illusus est et derisus a filijs hu' seculi: apud q̄s alba vestis exprobrabilis est. Sed sicut crux ante passionem Christi exprobrabilis fuerat/ que postea facta est honorabilis: ita vt etiā portetur in frōtibus regum. Sic alba vestis post Christi passionem facta est valde honorabilis. Unde quilibet per baptismū renouatus/ induitur veste alba in signū innocentie et totius mūditie quā confert baptismus. In cuius etiam signum/ Christo passo in eius resurrectione. Angeli in vestimentis albis apparuerunt ad monumentū. Et similiter in eius ascensione. Non ergo turbari debent viri spirituales. si pro candore vite sue illudantur ab hominibus mūdanis. Sed potius gaudeant quia et Christus pro nobis in alba veste illusus est. Discamus hic secundo: in vestibus nō ornatū: nec preciositatem querere: sed solam necessitatem. Quia saluator noster velut fatuus in veste illusus est. Unde Crisostom' super Joannē X
Superbia in nobis existente (inquit) omnis vita nostra immunda fit. Etiam si sobrietatē/ virginitatem. Si ieiunium orationes/ elemosynas/ et quecunq alia perferimus. Item Augustin'. Quē fugbū videri: filiū diaboli esse nō dubites.

Hec vestes sunt signa/vel luxurie/vel superbie/ vel leuitatis. Et si placuerit extendere materiā hanc. Uide summā vitioꝝ tractatu de supbia exteriori. ca.x.et sequentib.

Feria sexta post Letare: festū sancti Joseph.

Joseph fili Dauid noli timere/accipere Mariā coniugē tuam ꝛc. Habitus est sermo de sancto Joseph.

Sabbatho post Letare.

28 Ad Pylatum remissio

a Accipite ꝛ comedite. Matthei. xxvi. Uicesimā octaua particula est. Ad Pylatū remissio.

Textus

¶ Herodes eñi cū nō inueniret in Christo causam mortis indutum veste alba[remisit ad Pylatum.]

Masticatio.

¶ Pro masticatiōe p̄sentis particule. Queris primo. Quare Herodes Christū remisit? Dico q̄ ideo eū remisit: vt honoraret Pylatū.ſm Lyram. Et hoc non debebat facere: sed eum absoluere debebat: et nō denuo alieno iudici remittere: quia sibi missus fuit tanq̄ homo sue ditionis: sed quia eum non absoluit ex hoc consensisse se in necem domini ꝑbatur. Sed ais. Unde hoc pōt cognosci/cū nihil verbo de hoc expresserit. nec Pylato remandauerit. Dico q̄ hoc apparuit
y signo ꝛ facto. Signo quidē in vestis albe illusione. Facto: in amicitie ꝯfederatione. Nam ipsa die facti sunt amici Herodes ꝛ Pylatus. antea eñi inimici erāt/ ꝓpter necē quorundā galileoꝝ: quos Pylatus occiderat. Pro bono siquidem habuit Herodes/q̄ Pylatus sibi detulerat: mittēdo sibi hominē sue iurisditionis: ꝛ p̄sertim talē hoīem: quē ipse videre diu desiderauerat. [Remisit ḡ eū Herodes Pylato] q̄si diceret. Fac de eo q̄cquid volueris: ꝛ forte similia ꝟba sibi remādauit. Hec Jordan⁹. Queris nūc. Utrū fuerit penalis illa particula? Dico q̄ sic. Tum primo: q2 Herodes consensum

de sua nece secū detulit. Tum secūdo: qꝛ cū nota illusionis portando vestem albā rediit. Tum tertio quia nouā fatigā Christo adducit. Hec Jordanus. Quis satis estimare poterit: quantū mitissimus saluator fatigatus fuerit. in his iniuriosis ꝛ penalibꝫ pertractationibꝫ. Olim legit dn̄s ex itinere fatigat⁹: ꝓpter qđ pausando sedit sic sup fontē. Joh. iiij. Sed quātū hodie fatigatus: dum nō liber ambulabat: sed duris vinculis trahit ab impiis/tota nocte ꝛ die impellitur: et requies nulla cōcedit ꝛc. Uide Gabrielē ar. i. partis. iij.

Fructus

¶ Tertio de fructibus huius particule et virtutibꝫ eius. Disce hic eq̄nimiter ferre ꝛ nō timere: si videris malos: contra te colligari. Siles eñi sūt vulpibꝫ Sansonis/ q̄ caudas habebāt colligatas: qꝛ oēs cōuenīūt/aduersus dn̄m ꝛ aduersus Christū ei⁹. Ipsi sunt sicē squame Leuiathan sibi inuicē cohcrentes: et sic cōpresse ꝛ cōiuncte: vt nec spiraculum quidē subintrare possit. Job. xli. De quibꝫ Gregorius li. xxxiij. §. xx. dicit. Quos similis reatus sociat cōcordi ꝯtinatia etiā defensio peruersa cōstipat. vt de facinoribꝫ suis/alterna se inuicem defensione tueant ꝛc. Uide Gregoriū vbi supra. Nō timeat ergo iust⁹ si viderit malos cōtra se colligari: qꝛ h̄ testatur in eo esse aliquid boni: et ꝑ hoc cōformat Christo. Z

¶ Uicesimanona particula est. Barrabe latronis liberatio ꝛ Christi reprobatio. Dicunt Euangeliste/qꝫ 29 Latronis liberatio et Christi reprobatio.

Textus

Cum Christus reductus esset ad Pylatū. Pylatus cōuocatis principibꝫ sacerdotū ꝛ magistratibꝫ ꝛ plebe: exiens ad eos foras: dixit eis. Obtulistis mihi hominē hūc quasi auertentē populū. Et ecce ego corā vobis interrogās/nō inueni in eo causam/ in his quibꝫ eū accusatis/sed neqꝫ Herodes. Nam remisit illum ad nos. Per diem autē solemnē/cōsuerat preses dimittere populo vinctū vnum/quē voluissent: habebant autē tunc vnū vinctū insignē/qui dicebat Barrabas.

Et dedit eis Pylatus optionẽ quẽ vellẽt dimitti: Jesum an
A Barrabã. Sciebat enĩ ꝙ ꝓpter inuidiam tradidissent eum.
Principes autẽ sacerdotũ ⁊ seniores/ ꝑsuaserũt populis vt
peterent Barrabã. Jesum vero perderent. Et exclamabat si
mul vniuersa turba: dicens [Tolle hunc/ et dimitte nobis
Barrabã.] Dixit eis Pylatꝰ. Quid ergo vultis vt faciã de
Jesu/ qui dicitur Christus? At illi iterum clamabant. Cru/
cifigatur ⁊c. Ecce particulam.

Masticatio.

¶ Masticemus eam ⁊ comẽdamus. Queris primo. Cur
Christus nihil respõdit/ ita vt preses vehemẽter miraretur?
Respondeo ⁊ dico (ſm Ludolfum) ꝙ quattuor sint ratiões
huius silentij. Tacuit enĩ primo iuste: qꝛ ꝓpter falsitatẽ accu
sationũ ⁊ corruptũ iudiciũ/ indigni erant audire. Secũdo
tacuit misericorditer: ne scʒ ex responsione sua peiores fierẽt
si sibi nõ crederent/ vel nõ obedirent. Tertio tacuit dispẽsa/
tione/ ne si se excusaret dimitteret/ ⁊ crucis vtilitas: scʒ nr̃a sa
lus ⁊ redemptio differret. Quarto tacuit exemplariter/ vt no
bis daret patientie exemplũ/ ⁊ adimpleret illud de se scriptũ
Sicut agnus corã tondente se obmutescet ⁊ nõ aperiet os
B suũ ⁊c. Hec Ludolfus: qd̃ ⁊ supra. xiiij. particula est decla/
ratũ. Queris secundo. Unde puenit illa consuetudo libe/
randi vnũ/ tpe paschali? Dico ſm Ludolfum/ ꝙ ad hoc assi
gnari possunt due rationes. Aut enĩ consuetudo illa puenit
ex eo/ ꝙ illa die egressi fuerãt de seruitute Egypti/ qꝛ in nocte
pasche/ angelus dñi saluauit Hebreos/ ⁊ ꝑcussit primogeni
ta Egyptioꝝ/ ideo ad hoc representandũ/ ⁊ in huiꝰ beneficij
memoriã/ in hac solennitate saluabãt vnũ morti ꝓpinquum
et aliquos occidebãt de vinctis qui custodiebant ad interfi
ciendum. Aut hoc faciebãt/ in memoriã transitus maris ru/
bri/ in q̃ filij Jsrael fuerũt liberati/ ⁊ Egyptij submersi ⁊c. Hec
Ludolfus. Queris tertio. Utrũ fuerit penalis ista particu
la. Tolle hunc ⁊ dimitte Barrabã? Dico ꝙ sic. Si enĩ do/
let quilibet/ quẽuis indigniorẽ sibi ꝓferri. Quãto plus animã
Christi sautiare poterat/ ꝙ tam sceleratus ⁊ vilis homo ꝓfe/

rebatur sibi homini deo/et intantū pferebat̄/ vt illius vitam peterent/et istius necem. Data em̄ eis optione/petebant Jesum tolli de medio/ ꝛ damnari ad morte͂. Barrabā vero petebant dimitti eis/ et saluari in vita. O q̄ta infeliciū iudeoꝝ iniquitas/ptulerūt seditiosum ꝛ homicidā autori vite. Qđ improperās eis postea beat⁹ Petr⁹ dicebat Actuū.iij. Uos sanctū ꝛ iustū negastis/ꝛ petistis virū homicidā donari vobis.auctore͂ vero vite interfecistis. Fuit aute͂ summa puersitas:vitā reddere homicide/ ꝛ fonti toti⁹ vite auferre vitā.

Fructus

¶ Tertio de fructu hui⁹ particule masticate. Queris. Et quid hic discam⁹. Primo disce equanimiter ferre.si tibi viliꝰ quādoq̄ꝫ pferat̄/cogitans q̄ꝛ Christo prelatus fuit latro. Secundo disce. Ne ꝛ tu Barrabā Christo pferas. Multi em̄ adhuc hodie desiderant Barrabā sibi solui/ ꝛ Christum ligatū esse.Dicit em̄ Origeñ. Omnes q̄ sunt iudeis similes siue in dogmate/siue in vita/ Barrabā sibi solui desiderant. Quicūq̄ꝫ em̄ mala agit/solutus est in corpe eius Barrabas Christus aute͂ vinct⁹.Qui autem bona agit/ Christū habet solutū/Barrabā vinctū.Et ideo sicut iudei/ postq̄ꝫ p Christo elegerunt Barrabā latrone͂/latrocinijs ꝛ seditiōibꝫ sunt subuersi.Sic ꝛ nūc/quecūq̄ꝫ aīa pelegerit Barrabā/illa semper latrocinijs diabolicis exterminat̄.vbi em̄ non est Jesus illic sunt lites ꝛ p̄lia.Ubi aute͂ Jesus illic sunt omnia bona et pax.Hec Origenes. Tertio disce(ſm Gersone͂)nō cōfidere in fauore populi.Ecce qui die palmarū eū excipiebant cum gloria et laude.hodie clamāt contra eum.Tolle hunc ꝛ dimitte Barrabā. Uide Gersone͂ in passiōe super textu septimo. Tantum de ista particula. C

Dominica Judica.

30

Ecipite ꝛ comedite. Marthei.xxvi. Tricesima vestime͂/
a particula passionis dn̄i est. Uestimentoꝝ exuitio. toꝝ exu/ tio.

Textus

D ¶ Cum enim Pylat⁹ audisset iudeos petere Barrabā dimitti. Christū vero crucifigi. Ait illis. Quid ergo mali fecit? Ego nullā causam mortis inuenio in illo. Corripiā illum et dimittā. Et cū hoc intenderet / fecit exui Christū. Cui primo albā vestē exuerant in ꝑtorio / quā vsq; huc gestauerat: et dehinc alias vestes vsq; ad nuditatem ꝛc.

Masticatio.

¶ Pro masticatiōe hui⁹ particule. Queris primo. Utrum fuerit Christo penal' illa exnitio vestiū? Dico ꝙ hec exuitio et nuditatis sue ostensio / grauis admodū pena erat Christo. Necnō modica iniuria est et cōtumelia / hominē exui vestib⁹ suis et denudari. Ecce huiusmodi denudatio affligit etiam peccatores. magis autē virgines. patuit hoc de Agnete et Barbara. Christus autē virgo / et pudicissim⁹. ergo maxime erubescebat. Sed ais. Tamen Christus nō fuit nat⁹ ex carne peccatrice: ex qua erubescibilis facta est nuditas nostra. dicente Adam. Timui / eo ꝙ nudus essem et abscōdi me. Dico ꝙ ipse dn̄s / qui venit suscipere ceteras nostras infirmitates absq; peccato / suscepit et illā. Et sicut vere esuriuit / sitiuit fatigatus est / tristatus et doluit / ita vere erubuit / tanto vtiq; amplius / q̄to fuit virginibus omnib⁹ pudicitior / et angelis cunctis purior ꝛc. Hec Gabriel.

Fructus

¶ Tertio de fructib⁹ huius particule. Primo discam⁹ vitare nuditatē corpalē / ne forte vnq̄ nudi appareamus: corā deo et angelis / atq; hominib⁹ / exemplo primoꝝ parentū qui erubuerūt a facie dei. Et si nullus hoīm te videret / erubescere tū debes corā deo et angelo tuo. vn̄ Bernhardus. In quis angulo / reuerentiā exhibe angelo tuo / ne audeas ipso ꝑsente / q̄d me ꝑsente nō auderes ꝛc. Scd̄o discamus vitare nuditatē spiritualem: sed bona cōuersatione sim⁹ vestiti. vn̄ Apoc. iij. Uestimentis albis induaris / ne appareat cōfusio nuditatis tue. Ubi p vestimenta alba intelligit̄ cādor sancte

E

conuersationis/que ad instar vestimēti multis filis debet esse contexta ꝛc. Tertio discam⁹ nos denudare p aptā cōfessionē/corā sacerdote/ꝛ denudare cōsciētias nostras corā deo deponētes omne palliū excusationis: qꝛ nuda ꝛ aperta sunt oīa oculis eius. Melius autē est hic erubescere/ q̄ corā toto mūdo nudum apparere. Non enī in hoc te odiosum reddes immo magis amicabilem confessori ꝛc.

¶ Tricesimaprima pticula passionis dn̄i est. Flagellatio.

Textus

Cum Jesus nudatus esset: Pylatus eum apprehēdit et [flagellauit] et hoc vel per se/vel per ministros. Habes sic paruculam propositam. 31 Flagellatio.

Masticatio.

¶ Masticemus eandem ꝛ comedamus. Queris primo. Quare Pylatus voluit Christū flagellari? Dico q Pylat⁹ hoc voluit primo bona intentione: vt sic iudei cōpescerētur. Nam naturaliter ira sopit/cū iratus videt aliquē humiliatū. Sic ꝛ canes mitigant/si corā eis quis in terra residet. vt dicit Aristoteles secūdo rethorice. Verū intentio illa nō excusauit Pylatū a toto: sed a tanto: quia peccauit grauiter: sed minus q̄ iudei. Pia enī erat intentio ei⁹/quantū ad id q voluit Jesum liberare. Crudelis autē erat q̄tū ad id/q hoīem innocentem/maxime filiū dei/sine causa affligeret. Quia cū iudex esset populi/ad ei⁹ officiū spectabat/rectū iudiciū iudicare/ innocētes absoluere: ꝛ nocentiū malitiā cohibere. Voluit secūdo Pylatus eū flagellari/pter cōsuetudinē iudeoꝝ que statuit/flagellandū oēm ɔtra dicentē legi ꝛ statutis eoꝝ: et hoc in memoriā illius: qꝛ deus flagellauit regē Heliodoꝝ qui voluit depredare templum. Voluit tertio (ẜm Hieronymū) eū flagellari: vt rationis legib⁹ seruiret quib⁹ sanctitum erat vt crucifigendus flagellaret prius/forte ad extorquendū ab eo socios sceleris: ꝛ sic Christus si crucifigi deberet/iā flagellatus esset. Queris secūdo. Quare Christus voluit flagellari? Dico q Christ⁹ flagellari voluit: vt scriptura q̄ ipse F

pluries predixit impleretur: scilicet conspuetur et flagella-
bitur. Sed et vt nos a flagellis redimeret: fecit instar ma-
B trispie/que cum videt patrem flagellare aliquem de filijs su-
is/occurrit extensis brachijs eum protegendo/ seqꝫ pro filio
flagellis exponit. Homo enim deū offenderat: ⁊ ideo disci-
plinari debebat. Et quia scriptum est. Multa flagella pec-
catoris. Ut ergo nobis parceret: ⁊ nos suo flagello a perpe-
tuis flagellis liberaremur/ ipse pro nobis disciplinari volu-
it/ sicqꝫ deum placuit. Quare dicitur. Disciplina pacis su-
per eum. Si ergo tam grauiter flagellatus est innocens pro
peccatis alienis q̄ꝫ grauiter putas noxios (nisi se correxerint)
flagellandos pro peccatis proprijs. Hec Ludolfus: q̄uis
non eo ordine. Queris tertio. Quomodo fuit flagellat⁹:
Respondeo de modo non habemus certam scripturā. Re-
spondebo tamen ſm Gabrielem. Dico igitur primo/ ꝙ ſm
Augustinum Christus solotenus prosternitur. dicit enim.
Ecce iam dominus aptatur ad verbera: iacet extensus/ an-
te hominem deus et supplicium patitur rei/ in quo nullum
peccati refugium potuit inueniri. Secūdo creditur ad co-
lumnam ligatus: ſm Bedam vt sanctissima caro crudelius
laceraretur. Tertio grossis funibus/ columne alligatū con
strinxerunt/ forsitan collum/ pectus/ ventrem/ manus et cru-
ra singulis ligaminibus vinculabant/ ita vt ligamina sacro
sancti carni sic imprimerentur. vt reliqua caro supercresce-
D re videretur. Quarto flagellatur/ virgis/ flagellis/ ⁊ cathe-
nis/ sicqꝫ sancta cutis/ violentia flagellorū repetitis ictibus
rumpitur. Quinto rubricatur sanguine totū corpus ex con
fluentia guttarū. Sexto fit tot⁹ deformis et sanguinolent⁹
vt adimpleta sit prophetia. Non est sanitas a planta pedis
vsqꝫ ad verticem. Et iterum. Uidimus eum et nō erat ei spe
cies neqꝫ decor. Septimo non mireris: quia sic innumera-
biles plage sibi infligunt: quia p peccatis omnium nostrū
que innumerabilia sunt/ passus est. Ideo ⁊ plagas inumera
biles esse oportebat. Queris quarto. Utrū flagellatio ista
fuerit Christo penalis? Dico ꝙ sic: imo est de principaliori
bus passionis particulis. Quanta enim fuerit saluatoris no

stri pena: quelibet anima fidelis attendat, in tam seua toti⁹ corporis vulneratiōe/quam etiam aggrauabat teneritudo complexionis/propter quā sensus tactus in eo subtilior et p ceptibilior fuit. Unde cū nos in grossis nr̄is corporib⁹/vix vnum flagelli ictum violentū ferre possumus/q̄tum corpus illud complexione nobilissimum/et perceptibilitate tenerrimum/ tot percussionibus doluit ꝛc. 3

Fructus

¶ Tertio videamus fructus illius particule. Discamus hic libenter sufferre flagella dei. vt vnusquisq̧ nostrū dicere possit illud Psal. Quoniam ego in flegella paratus sum. Et merito: quia si vnicus dei filius paratus fuit/in se suscipere nostra flagella et obedientia patris. Cur et nos adoptiui non essemus parati sufferre flagella eiusdem patris/que ipse vel per se/ vel per ministros/seu instrumēta sua media nobis misericorditer infligere dignatur ad emendationem nostrā. Quem enim diligit deus castigat. Flagellat autem omnem filium quem recipit. Et quis est filius quē non corripit pater Prouerb. iij. Hec Jordanus.

Feria secunda post Judica.

Ecipite ꝛ comedite. Matth. xxvi. Tricesimasecū da particula est. Purpuree vestis induitio. Dicūt Euangeliste. 32 Purpuree vest̄ induitio.

a

Textus

Postq̄ Jesus flagellatus esset/ milites clamidem coccineam circundederunt ei. Et induunt eum purpura ꝛ. Habes ecce particulam.

De cocco et purpura vide Cornucopie.

Masticatio

Pro masticatiōe hui⁹ pticule. Dico pmo/q̧ hec vest̄ bn̄ ꝯuenicbat chr̄o. Uesti rubea vicȝ corpi sanguine rubricato

ex verberibꝰ flagellorum. vt implerecur quod scriptum est. Esa. lxiij. Quare rubrum est indumentum tuum: et vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Et hec questio secundum glosam fuit angelorum / videntium et mirantium / quod Christi corpus de vtero virginali tantum
R candore habens / quod tum fullo non potest facere sup terram: intantum fuit sanguine rubricatum. Ad quam questionem ipsemet ibidem respondit dicens. Torcular calcaui solus q. d. secundum glosam. Ego solus sustinui pressuram crucis / flagellorum et omnium tormentorum. In quibus / quasi in prelo pressus sum sanguine proprio: et per totum corpus meum pro mundi salute aspersus. Ideo etiam sibi bene conueniebat purpura: quia fit ex sanguine conchilij vel muricis. vt sic nihil in eo esset: nisi sanguine tinctum et colore sanguineo coloratum. Dico secundo / quod illusio illa purpuree vestis / merito ponitur inter particulas passionis: quia illud faciebant in opprobrium regij nominis / quod ipse (vt iudei asserebant) indebite vsurpauit / ad deridendum eum sicut regem falsum.

Fructus.

Tertio de fructibꝰ huius particule. Disce hic primo / quod sicut Christus voluit vestiri / veste regali et purpura. Sic et nos vestire debemus animas nostras vestibꝰ virtutum: quia secundum
L Aristo. ij. Ethico. Virtus est habitus: qui se habentem perficit: et opus eiꝰ bonum reddit. Et Grego. in mora. Absit / quod tanta sit delectatio in vitijs / quanta in virtutibꝰ. Item Hieronymꝰ. Omnes virtutes sibi adherent: vt qui vna caruerit omnibus careat. qui ergo vnam habet / omnes habet. Disce secundo dominice passionis habere memoriam / quod significatur per purpuram. Unde come capitis sponse. i. anime fidelis: dicuntur esse sicut purpura regis. Can. vij. Quia cogitationes mentis nostre / que per comas capitis intelliguntur versari debent assidue circa passionem redemptoris: vel etiam circa opera charitatis secundum Jordanum. Dic g oratio. Domine Jesu Christe / qui veste purpurea illusorie indui voluisti: da mihi iugem memoriam passionis tue induere et peccata mea charitatis purpura operiri Amen.

33. Spinee corone impositio.

¶ Tricesimatertia particula passionis domini est. Spi-

nec corone impositio.

Textus

¶ Plectebant enim coronam de spinis. et imposuerunt sup caput ei⁹ ꝑ diademate regali. Ecce habes particulam ppositam.

Masticatio

¶ Masticemus particulam/ vt inde fructum capiam⁹. Dico ergo primo/ q spine iste (sm Lyram) erant iunci marini/ ad modum spinarum acuti/ penetrani ꝛ pungitiui intantum: vt etiam hoies calciati desup calcates/ ꝑ calciamenta inter media vulnerarent. Dico secundo/ q corona illa non erat sertum: vt qda dicunt: imo credendum/ q non solum capitis extremitatem ambiuerit: sed magis admodum infule vel pilij / totum caput texuisse et vbiqꝫ suis aculeis pfodisse sm Gabrielem. Hanc igitur coronam spineam/ Christus portandam suscepit/ ꝑ corona victorie. Solebant enim Romani/ coronas varias in signum victorie gestare: et ea qua dignus erat/ quecꝫ solebant donare. De quibus Aulum Gelium videndum relinquo. Has ferme nobiliores enumerantem/ videlicet triumphalem/ obsidionalem/ ciuicam/ muralem castrensem/ naualem/ oualem/ oleaginam ꝛc. Uide eundem li. v. noctium: at. Capite. vi. Christus igitur vt dictum est/ voluit habere coronam spineam/ in signum victorie: quia ipse est agn⁹/ q abstulit peccata mundi/ que sunt arma diaboli/ contra nos militantis. Hec autem Christus in passione sua abstulit: quare desiderabile est vtiqꝫ omni aie amanti in ista corona videre regem nostrum. Unde dicitur Canticoꝝ. iij. Egredimini filie Syon. et videte regem Salomonem/ in diademate/ quo coronauit eum mater sua ꝛc. Dico tertio q merito ꝑ pticula ponatur/ cum fuerit fere dolor non minim⁹. Si enim nos terrestres ꝛ grossi/ vna spina vulnerati/ intollerabili dolore vexamur. Quanto deniqꝫ dolore illud venerandum caput credim⁹ affectum/ tot aculeis vsqꝫ ad cerebrum transfixum. Dico quarto/ q Christ⁹ coronatur quadruplici corona. Primo enim coronatur a patre corona glorie. Secundo a matre coronatur corona infirmitatis et humanitatis nre. Tertio coronabitur ab angelis ꝛ familia sua/ corona

iusticie/ in die iudicij. Quarto coronatur hodie a nouerca
N sua impia sinagoga/corona spinea/corona doloris et miserie
Hec Gabriel.

Fructus.

¶ Tertio de fructibus huius particule/quorum duo sunt. Primo discete coronare spinis/tenendo in capite spinas peccatorum tuorum/per recordationē continuā. De quibus spinis dictum erat primo homini. Terra spinas et tribulos germinabit tibi Quia conscientia nostra/punctiōes et aculeos carnaliū desideriorum procreare nō desistit/quamdiu cū vomere crucifixi memorie non fuerint exarata: et in timore dn̄i nō fuerint disciplinata. Portemus ergo peccata nostra in mēte/per displicentiā et contritionē/quā semper habere debemus/quādo occurrūt memorie peccata preterita. Unde Hugo de sancto Victore. Quādo deus absoluit hoiem in contritione a peccatis/ligat eū vinculo perpetue detestationis: vt peccatū semper de cetero detestetur etc. Secūdo discāt hic prelati cauere coronā spineā satellitū: qui scilicet eos circūstant quasi corona. Hij vere corona spinea et spinearū sepes sunt. Primo quia sepes spinea floret. Et curiales vestitu et victu/et inani gloria florēt. Itē florent bonis verbis et promissionibus. Secūdo sepes spinee pungūt. Et curiales pungunt extorsionibus/dilationibus/fidefractionibus. Tertio spine in sepi se mutuo cōplectuntur. Et curiales sibi inuicem coherēt: et se mutuo sustentāt: sicut squame pisciū: vt nec spiraculū possit subintrare de quibus supra etc. Quarto spine se complectētes simul ardent. Et curiales sic inuicē compressi/etiā simul ardebunt. Quinto sepes spinea prohibet ingressum mundorum
O animalium: immo fortissime pungit ea. Sed animalia venenosa: sicut bufones et serpentes/ protegit/ et libere dimittit intrare: et tamen animalia que repelluntur/colunt terrā et eam fecundant. Alia vero que ibi recipiuntur/non solum non colunt terrā: sed herbas ibi existētes inficiunt et venenant. Sic et illi qui assistunt prelatis/ sanctos viros et simplices: qui ecclesiam possent instruere/ et semen virtutum in ea seminare/nō permittunt promoueri/immo repellunt quantum

possunt rc. Hec Petrus de palma. Job. xix.

Feria tertia post Judica 34

Accipite r comedite. Matthei. xxvi. Tricesima Arundinis in dextra traditio
a quarta particula est. Arūdinis in dextra traditio.

Textus

Dicit enim textus[Et posuerūt arūdinē in dextra ei⁹.]

Masticatio.

Pro masticatione particule illius. Queris primo. Quare hoc fecerunt milites? Dico q̄ tradiderunt ei milites arūdinem pro sceptro regali derisorie: quasi dicerent. Regnum q̄ tibi vsurpas: dicendo te esse regem/ vacuum et infirmum est admodum arundinis: et ideo tale sceptrum tibi bene congruit. Non attendentes q̄ ipse dixerat. Regnum meū non est de hoc mundo: sed de alio mundo scilicet eternitatis: vbi regnū est firmissimū. Et hic fuit tertius actus illusionis militum/ dū arundinem ponunt in dextra eius: illa scilicet que celum terramq̄ regit/ ac vniuersa que creauerat sustentat.

Queris secundo. Quare Christus suscepit arundinem in dextrā? Respondeo et dico Christū hoc fecisse propter tres causas. Primo (sm beatū Hieronymū) vt ostenderet se esse illum/ qui electos suos scriberet in libro vite eterne. Arundo enim siue calamus/ est instrumentū scribendi. Matth. v. Gaudete/ quia nomina vestra scripta sunt in libro vite celestis. sm Jordanum. Secundo vt ostenderet omnem mundanam potestatem esse fragilem r vanam/ q̄uis ab extra viridis r aspectu delectabilis videatur. De hoc vide summam vitiorum de supbia ca. vi. Tertio (sm Hilariū) vt ostenderet se nos fragiles/ vacuos et infirmos/ manu tenere/ et omnibus bonis implere/ quod vtiq̄ sic est: vt dominus ipse dicit. Sine me nihil potestis facere. Et amplius. Non sumus sufficientes ex nobis/ aliq̄d cogitare: sed p gratiā dei potentes erimus. Et apl's. Omnia possum in eo q̄ me confortat.

Fructus.

Tertio de fructib⁹ hui⁹ particule. Primo disce hic timere ꝛ frequenter orare. Non enim melius potes succurrere tue infirmitati arũdinee: nisi ꝑ orationẽ currẽdo ad deum. Dic ergo. Domine Jesu/qui arũdinẽ/ꝑ sceptro regali tibi dari voluisti: obsecro te/vt imbecillitatem meã/ dextra tue potentie sustentare digneris: vt regnũ tuũ intra me iugiter confirmetur ꝛc. Secũdo disce cauere: ne ꝛ tu illis trib⁹ scʒ purpura/corona/ꝛ arũdine a diabolo illudaris. Primo ꝑ ostẽtationẽ humane potẽtie/q̄ ꝑ purpurã significat̃/que est vestis regũ ꝛ potentũ. Secũdo ꝑ cupiditatẽ affluentis opulentie que notat̃ ꝑ coronã spineã. Diuitie enim spinis ꝛ cur͡s sunt plene. Tertio ꝑ vanitatẽ mundane sapiẽtie: que significat̃ ꝑ arũdinẽ: que pulchra sed vento plena ꝛ vacua est. Sic ꝛ sapientia mũdana: in q̄ cõfidunt hoĩes: et qua nõ ad dei laudẽ sed ad gloriã suã vtunt̃: est quasi baculus arundine⁹ ꝛ cõfract⁹.
J

Tertio disce obedire: q2 Christ⁹ obediẽter hec tria induit. Non soli deo sed etiam militib⁹ obediens. Sic ꝛ nos cum a malis illudimur: cogitare debemus: q2 seruus nõ est maior domino suo. Hec Ludolfus.

35 Irrisoria salutatio et adoĩo.

¶ Tricesimaquinta particula passionis domini est. Irrisoria salutatio et adoratio.

Textus

¶ Cum enim milites insignia regalia ei adhibuissent: genuflexo ante eũ/illudebãt ei dicẽtes. [Aue rex iudeoꝝ.]

Masticatio.

¶ Pro masticatiõe illius particule. Queris primo. Quare adorabãt eũ: ꝛ quare salutabãt? Dico ad primũ/ꝙ adorabant eũ genuflectendo significare volentes/ ꝙ deũ se ipsum falso dixisset. Dico ad secundũ/ꝙ ideo ipsum salutabant/ ad
R
signandum/ ꝙ seipsum false regẽ dixisset. Hec autẽ fecerunt ideo: vt eoꝝ illusio correspõderet iudeoꝝ accusationi: q2 de vtroq3 accusabatur a iudeis detestabili mentis affectu. Ecce

quē laudant angeli/adorāt dominationes/tremūt potestates/venerant/ac socia exultatione cōcelebrāt. Celi celorūq; virtutes vniuerse. In cuius femore scriptū est. Rex regum dñs dominantiū vniuerse terre/ a viris peccatoribꝫ/derisoria adoratione/ac salutatione blasphemat/ quasi indignus regno iudeoꝝ/cui(vt Augustin⁹ dicit)esse regē hoīm dignatio est/nō ꝓmotio/miseratiōis iudiciū/nō potestatis augmētum ꝛc. Dico consequenter ꝙ nō solū blasphemabat a militibꝫ irrisoria adoratione ac salutatione:sed ꝛ a tota cohorte.i. singulis de cohorte/ quā idcirco ad eū adduxerūt. Hec Gabriel. Et hinc est ꝙ cū ꝓ iudeis orat genua nō flectunt.

Fructus

Tertio de fructu hui⁹ particule. Discam⁹ hic cauere ne et nos false Christū ꝛ irrisorie/salutemus ꝛ adorem⁹. Sed ais. Et q̄ sunt hoc facientes? Dico ꝙ sint triplices. Primi sunt/qui in eū corde credūt:sed ꝑuersis actibꝫ despiciunt ƀm Rabanum. Tales ludo puerorum/dicto schenbertlin/ erga Christū vtunt. In tali em̄ ludo que ore blandiendo profitentur/factis percutiendo videlicet nō probantur. Sic et illi labijs quidē deum honorant:cor autē eoꝝ longe est ab eo/ ꝙ et ipsi factis proprijs ꝓbant ꝛc. Secūdi sunt/qui inter orandum aliquid ꝙ est cōtra diuinū honorē/mente pertractant Uerbi gratia. Si q̄s geniculet ante altare/ꝛ interim cogitat qualiter calicē furet:vel aliud simile. Tertij sunt/ aliū deum sibi cōstituentes. Sicut em̄ pagani olim diuersos deos habebant. Sic iam christiani/heu/diuersos sibi faciunt deos Uerbi gratia. Superbus colit ꝓ deo vanā gloriā/ ꝓ illa ieiunat/orat/dat elemosynas/labores patit. Unde Bernhardus ad Eugenium. O ambitio ambientiū crux/ quomodo omnes torquens/ omnibꝫ places. Nil acerbius cruciat/ nil molestius inquietat/ nil tamē apud miseros mortales celebrius/negotijs eius. An non limina apostolorum:plus iam ambitio quam deuotio terit? An non vocibus eius/ vestrum tota die resultat palatium. An non questubus eius tota legum canonumq; / disciplina insudat. An non spo-

tis eius/ ois italie inbiat (inexplebili auiditate) rapacitas? Quid ita/ tua ipsius spiritalia studia non saltem intercidit sed abscidit? Quoties sctã tua ac fecunda/ abortiri ocia fecit inquietũ ꝛ inquietans matũ. Hec ille. Itẽ ambitio est simea charitatis ẜm Petrum Blesensem. Charitas enim patiens
T est pro eternis. Ambitio patitur omnia pro caducis. Charitas benigna est pauperibus. Ambitio vero diuitibus. Charitas omnia suffert pro veritate. Ambitio ꝑ vanitate. Ultra ꝙ omnia credit: omnia sperat: sed lõge dissimili modo. Hec ad gloriam huius vite. Illa ad gloriam sine fine. Hec Petrus Blesen̄. Secundo auarus colit pro deo pecuniam. Nam potius videt argentum ꝙ sacramentũ (ein sack mit gelt/ weder das sacrament) Et potius aurum ꝙ deũ (lieber golt weder got) Uñ clamat Apostolus. Fornicatio ꝛ omnis immundicia et auaritia/ que est idolorum seruitus ꝛc. Tertio gulosus colit ventrẽ. Apostolus. Quoꝝ deus venter est. Plane ventrem pro deo colunt: cuius dei est coquina templum. altare mensa. ministri coci. imolate pecudes/ sunt cocte carnes vel pisces. Fumus autem incensorum est odor saporum. Quarto luxuriosus/ carnis voluptatẽ colit/ post posita omni et corporis ꝛ anime cura. Quinto mariti colunt vxores ꝛ filios/ et econtra/ vxores/ maritos ꝛ filios inordinato amore/ sic ꝙ nullam curam habeant de deo. Sexto quidam colunt/ domos/ agros/ vestes et alia preclara temporalia bona. sic/ ꝙ deum/ alium nesciunt. Septimo breuiter omnes/ ponentes finem in creaturis. sic ꝙ illud supra deum diligatur. Sed ais. Unde hoc sciri potest? Solutio ẜm beatũ Thomam distin. xxiiij. Tertij. ar. vi. Huius cõ
V placentie signum est: quando quis alicui rei etiam non prohibite tantum adheret: vt sentiat etiam si esset prohibitum illud se non relicturũ. vt precipue patet in quibusdam ebriosis qui totam vitam suam in vino posuerunt. Et in histrionibus qui verba iocosa sectantur.

Feria quarta post Iudica.
Accipite ꝛ comedite. Matthei. xxvi.

Ricesimasexta particula est. A militibus alapizatio. Nam vt dicit textus. A militibus alapizatio.

Textus

Dabant ei alapas backenstreich: de hoc tantū.

Masticatio

Pro masticatione illius particule. parum dicam: quia de alapizatione habitum est supra/ circa Annam et Cayphā. Dico autem/ ꝙ non immerito ponitur pro singulari particula cum fuerit noua passio. In hoc nāqꝫ illusionem suam magis despectiuam fecerunt: quia velut adorantes deum et salutantes regem: eum alapizauerūt. Differt autem illa alapizatio a precedenti in quattuor. Primo: quia illa fuit in domo Anne. Ista in pretorio Pylati. Secundo: quia ibi dicitur de vna alapa/ quā dabat ei vnus ministrorum. Hic autem plures alape sibi a diuersis dabantur. Tertio: quia illam alapam dedit vnus iudeus. Sed istas dederunt milites gentiles. Quarto: quia illa alapa dabat causa vltionis. Ista autē causa illusionis ꝛc. Hec Jordanus.

Fructus

¶ Doctrine et fructus/ possunt hic sumi vt alibi. Et tantum de ista particula.

¶ Tricesimaseptima particula passionis dn̄i est. A militibus conspuitio. Nam ẜm Euangelistas. 37 A militibus conspuitio

Textus

¶ Conspuebant in eum/ tanꝙ in despectam/ contemptibilem/ et vilissimā personam. sicut et prius coram Caypha consputus est a iudeis.

Masticatio X

¶ Pro masticatione presentis particule/ parum vltra superiora dicam: nisi ꝙ hic Jordanus ꝛ Gabriel ponunt. Di

co igitur primo/q milites nō ƒm nomen presentis temporis dicūtur: quo generosi et nobiles: Eqtes aurati nominātur. Tales enim nobiles persone nō illuderent: nō conspuerent non crucifigerent: nec vestes crucifixi sibi diuiderent/ quod ad carnifices potius pertinet. Sed dicūtur milites ƒm antiquam consuetudinem: stipendiarij et pedites (füßknecht kriegßbuben) sicut patet in gestis Julij cesaris. vbi milites ab equitibꝫ distinguūtur. Et in actibus apostoloꝝ. xxiij. ca. vbi dicitur. q Paulus cū militibus. 200. ⁊ equitibus. lxx. missus est de Jherusalem ad Cesaream. Intelligimus ergo milites in hoc loco/ viles stipēdiarios/ carnifices/ tales qui per nullam perhorrescunt insolentiā/ milites dictos: nō a nobilitate: sed a fortitudine. Erant em̄ robusti corpore: et pro modico ad omne malum expositi. vt dicit Criso. Hec Gabriel.

y Dico secūdo/ q ista particula differt a precedenti videlicet xvij. quia istud fuit in domo Cayphe corā iudeis ⁊ a iudeis. Istud autē fiebat in pretorio Pylati a militibus corā Pylato et cohorte. Secūdo differunt: quia illa fuerunt sputa iudeorum. Ista vero sputa gentilium.

Fructus.

¶ Doctrinas et fructus particule huius sume ex particula decimaseptima.

38 Capitis cū arūdine pcussio.

¶ Tricesimaoctaua particula est. Capitis cum arundine percussio. Nam ƒm Euangelistas.

Textus

[Acceperunt arundinē et percusserunt caput eius.]

Masticatio.

¶ Pro masticatione huius particule. Dico primo/ q in terris illis sunt arundines magne/ instar baculorum/ qualis erat sceptrum Christi: et illo percutiebant caput Christi in maiorem contemptum. Dico secundo q merito pro singulari particula ponitur. Percutiebant enim Christū/ non

tantum causa ledendi eum per puncturas spinarum/et per ictus baculi/q̄stū causa illudendi. Nam viles persone solent baculis percuti/sicuti bestie/ad magnā ergo vilificationem hoc fecerunt. Quapropter nō minima penarū fuisse credit.

Fructus

¶ De fructibus huius particule. Disce hic primo caue re/ne et tu arundine caput Christi percutias. Sed ais. Et qui sunt/ hoc cōmittentes? Dico q̄ sunt multiplices. Pri mi (ſm Rabanū) sunt impugnantes/qui impugnant diui nitatem Christi/quales hodie in euangelio iudei/ꝛ quidam heretici/dicētes eum fuisse purū hominē: ꝛ hoc per scriptu ram sacram probare nituntur. Hij percutiūt Christū in ca pite. Nam caput Christi/ deitas est. Caput Christi deus. Ait apostolus. Arundo antē vel calamus/signat scripturā diuinam/ calamo spiritus sancti scriptam. De qua in psal mo. Lingua mea calamus scribe ꝛc. Secūdi sunt/scrutā tes curiose sanctam trinitatē per scripturas: qui scilicet ex scriptura sacra/diuinitatē magis q̄ oportet indagare sata gunt. Unde et interdū sanguinem erroris eliciunt: sicut isti milites gentiles percutientes/sanguinem de Christi capi te emunxerūt. Dico notanter curiose: quia studiose licet im mo vtile est sepius de illa cogitare: scilicet quomodo sancti in celo iam exultant in conspectu trinitatis. Et quomodo hoc erit gaudiū nostrum essentiale/ cognoscere deū patrem et filium et spiritū sanctum. Et quo modo omnia cognosca mꝰ in deo/q̄ sunt in celo/in mūdo/in purgatorio/et in infer no ꝛc. Sed perscrutari velle sanctā trinitatē/que est inscru tabilis: sepius hominē in errorem ducit: quia qui scrutator est maiestatis/opprimet a gloria. Prouerb. xxv. Unde Ec clesiastici. iij. Altiora te ne quesieris: sed ea que precepit tibi deus/cogita semper. Seruus nō plura debet scire de factis domini sui/q̄s ea que suū respiciunt seruitium. Sic et nos debemus scire et querere intellectum preceptorum dei ꝛc. Z

Tertij sunt. orantes. Hij arundine Christū in capite per cutiunt/ qui per vacuā: id est ociosam vitā suam Christum

offendunt: qui est caput nostrum: a quo in omnes sensus nostros vitales operationes defluunt: et ipse operum nostrorum
A exempla nobis prebuit. Unde in quolibet ocio: cum adest nobis opportunitas faciendi bonum. homo ociosus/ Christum quasi in capite percutit. ita vt ex tali percussione et spinarum punctione/ sanguis de Christi capite emungatur. hoc est/ quod Christus dolet et pungitur vsque ad sanguinem/ de ocio nostro: quia videt exempla sua in nobis non fructificare etc. Hec Jordanus.

Feria quinta. festum Annunciationis beate Marie.

¶ Missus est angelus Gabriel a deo in ciuitatem etc. Habitus est sermo de festo.

Feria sexta post Judica.

Flagellati et illusi ostentatio.

a Excipite et comedite. Matth. xxvi. Tricesima nona particula est. Flagellati et illusi ostentatio.

Textus.

¶ Pylatus/ quod intendebat/ volebat exequi: scilicet eos ad misericordiam mouere. Ideo postquam illuserunt ei. Exiuit iterum Pylatus foras: dicens. Ecce adduco eum vobis/ vt cognoscatis: quia in eo nullam inuenio causam. Exiuit ergo Jesus/ portans coronam spineam et vestem purpuream/ cum sceptro arundineo. Et dixit eis Pylatus [Ecce homo.]

Masticatio.

B ¶ Masticando particulam illam. Dico quod ostentatio illa vtique lamentabile spectaculum erat. Exiuit enim Jesus coronatus/ et purpura vestitus/ non clarus imperio: sed plenus opprobrio. vt dicit Augustinus. Ex quo non parua fuit tristicia cordi innocenti/ cum tanta ignominia ostendi/ inimicis mortalibus/ de sua contumelia gaudentibus. Homines enim magna diligentia/ sua diffortunia celant: ne sciant inimici/ de hoc

plurimũ gauisuri. Dico secũdo q̃ Pylatus hoc fecit vt facili⁹ ad misericordiã feroces bestias cõmoueret/et cõpassionẽ: nature idemptitatem cõmemorans: sciens. Quia omne animal/diligit sibi simile. Sic etiam naturaliter/sibi simili quilibet compatitur. Dicit autem Pylatus. Ecce homo: quasi diceret: misericordia moueamini: q2 nõ canis/licet cane sit miserabilius tractat⁹. Est autẽ homo vobis similis et propinquus: q̃ si forte dicẽdo se regẽ excessit: videtis q2 regius cultus sibi in penã venit. Et ſm Augustinũ. Si regi inuidetis/iam parcite: q2 deiectũ videtis/flagellatus est/spinis coronat⁹/ludibriosa veste amictus/amaris cõuitiis illusus/alapis cesus ⁊c. Non autẽ his dictis frigescũt: sed poti⁹ inardescunt ira et inuidia.

Fructus

¶ Tertio de fructib⁹ huius particule. Discant hic laici: presertim femine: ne in vestitu et exteriori apparatu vane gloriẽtur: q̃m dñs noster in vestitu illusus fuit. Hic cõtra crocea pepla et vestes superbas. Et summa vitiorum Lugd. vbi habes copiosam materiã de hoc. Discant secũdo clerici: qui bus est prohibitũ/deferre rubeas vel virides vestes: precipue autẽ monachi: qui vestẽ sue professionis nunq̃ temere debent deponere: imo nec post mortẽ: quia debent sepeliri in habitu ordinis. Itẽ monachus mittens iuxta se habitũ sue religionis/ad saltandũ vel choreizandũ/vel huiusmodi. licet statim resumpturus sit eundẽ/si fit corã laicis est excõmunicatus: si corã clericis non/ſm Johannẽ de Harbomo: et Johannẽ de Senis: iuris doctores Parrhisienses. Extra ne clerici vel monachi secularib⁹ negotiis. Et ca. vt periculo libro. vi. Discant tertio/omnes recordari huius particule ostentationis/cum in missa eleuatur et ostenditur sacramentum quasi diceret sacerdos: Ecce homo. Quia sacramentũ altaris/est memoriale dominice passionis. Et Christus passus est ſm humanitatem: Nam ſm diuinitatẽ est impassibilis. Quare sacerdos ostendens ibi Christum/congruentius dicit: Ecce homo/q̃ ecce deus: licet ipse sit/et ho-

mo et deus. sed homo patens fuit in ista ostensione/et deus latens ꝛc. ſm Jordanum.

40 Judeorũ acclamatio. ¶ Quadragesima particula est. Judeoꝝ acclamatio.

Textus

Pylatus propositũ suum non erat assecutus: quia non erant ex hac ostẽsione ad misericordiã flexi: sed duriores effecti. Ideo vidẽtes eũ pontifices et ministri clamabãt dicentes [Crucifige/crucifige eum.] Dicit eis Pylatus. Accipite eũ vos et crucifigite. Ego enĩ nõ inuenio in eo causam. Responderũt ei iudei. Nos legẽ habemus: et ſm legem debet mori: quia filiũ dei se fecit. Cum ergo audisset Pylatus hũc sermonẽ/ magis timuit. Et ingressus iterũ in pretoriũ: dicit ad Jesum. Unde es tu? Jesus autẽ responsum nõ dedit ei. Dicit ergo ei Pylatus. Mihi nõ loqueris? Nescis q꞉ potestatem habeo crucifigere te et dimittere te? Respondit Jesus. Non haberes potestatẽ aduersus me vllam: nisi tibi esset traditũ desuper. Propterea qui tradidit me tibi: maius peccatũ habet. Exinde querebat Pylatus dimittere eũ ꝛc. Habes ecce particulam / cui placet / potest adducere glosam Lyre.

Masticatio.

Pro masticatione huius particule. Dico primo/ q꞉ iudei non potuerunt flecti ad misericordiã: cum non ira (que cum mensura querit proximi nocumentum) sed odio Christum prosequebantur/ quod totaliter querit proximi exitiũ. Quare dicit Petrus de Palma. Inuidia similis est igni greco: quo vtuntur hostes: nam adeo est ardens/ q꞉ etiam in lapidibus accenditur: nec aqua extinguitur. Sic et inuidia continuo ardet/ neq꞉ extingui potest; in corde in q̃ est. Cetera enĩ vitia oĩa citi? extinguunt. Superbo cessat ad humiliationẽ alteri?: ꝛ sic de aliis vitiis. Inuidia vero non cessat. Sic nec iudeoꝝ inuidia potuit extingui. Uide Petrũ de palma. Jo. xix.

Dico secũdo/ q̄ nõ omnes clamabãt de populo: sed quidam Christo cõpatientes fleuerũt. Nam vt ibi dicit̃. Intuit⁹ p̄sẽs populum circũstantẽ: et plures eoꝝ vidit lachrymantes dixit. Non omnis populus vult eũ mori. Inter q̃s erat Nicodemus/ qui ↄsuluerat eũ dimitti. Et alij/ quibꝫ a Christo fuerũt exhibita beneficia: videlicet claudus: cecus natus: leprosus quidã: mulier fluxũ sanguinis passa. Omnes hij prosiliẽtes/ enumerauerũt beneficia eis exhibita a Christo. Quidã etiã dixerunt Lazarũ q̃driduanũ suscitauit ꝛc̄. ꝑm Jordã. Dico tertio/ q̄ particula siue passio p̄sens cõsistit in clamore iudeoꝝ. Crucifige ꝛc̄. Reliqua eñ oĩa hic ↄtenta faciunt ad cõtinuationẽ passionis. Et nihil ponit̃ specialiter penale p̄ter clamorem illum ꝑm Jordanum.

Fructus

¶ Tertio de vtilitatibꝫ huius particule: quarũ vnã habemus. Discamus ergo hic oẽs silentiũ tenere. Christus enim sexies interrogat⁹/ tacuit. Primo corã pontifice Cayphã: a falsis testibꝫ accusat⁹. Secũdo corã Pylato a pontifice ꝛ sacerdotibꝫ accusat⁹. Tertio corã Herode interrogat⁹. Quarto a Pylato interrogatus/ q̄d sit veritas. Quinto de origine suo: sicut hic. Sexto q̃n sentẽtiat⁹ est ad mortẽ. Dixit autem Pylat⁹. Mihi nõ loqueris: Nescis/ qꝛ habeo potestatẽ ꝛc̄. Respõdit Jesus. Nõ haberes potestatẽ aduersum me: nisi tibi datũ esset desup ꝛc̄. Disce ergo ꝛ tu/ ab eo silere. Doceat te natura q̄ os vnũ ad loquendũ. Duas vero tibi aures ad audiendũ dedit. Cogita: qꝛ loquacitas stulticie signum est. Eccl̃i. i. Stultus verba multiplicat. Taciturnitas ecõuerso signũ sapiẽtie. Unde Seneca. Taciturnitas hoĩm/ stulto ꝓ sapientia reputat̃. Cogita/ qꝛ in iudicio ꝓ minimo verbo ocioso rationẽ reddes. Matth. xij. Presertim adolescentes sint taciturni: ꝑm illud Ecclesiastici. xxxij. Adolescẽs loquere in tua causa vix/ cum necesse fuerit ꝛc̄.

Sabbatho post Judica.
Accipite ꝛ comedite. Matthei. xxvi.

41 Ad tri/bunal addu/ctio

q Quadragesimaprima particula passionis dñi est. Ad tribunal adductio.

Textus

Uidentes enim iudei/q pylat⁹ querebat Jesum dimit/tere/redeunt ad primā accusationem: dicentes. Si hunc di/mittis/non es amicus cesaris. Omnis enim qui se regem fa/cit: contradicit cesari. Pylatus ergo cū audisset hos sermo/nes[adduxit foras Jesum et sedit p tribunali] in loco qui dicit lythostrotos: hebraice gabbatha. Erat autem parasce/ue pasche/hora quasi sexta. Et dicit iudeis. Ecce rex vester. Illi autē clamabant. Tolle tolle/crucifige eū. Dicit eis Py/latus. Regem vestrum crucifigam. Responderunt pontifi/ces. Non habemus regem: nisi cesarem. Sedente autem p tribunali: misit ad eum vxor suā dicens. Nihil tibi et iusto huic. multa enim passa sum hodie per visum propter eū ꝛc. Ecce particulam.

Masticatio.

Pro masticatione huius particule. Dico primo q impe/ratores romani abstulerāt a iudeis regiam dignitatē ne ha/berent rebellandi occasionē. Et ideo quicunqꝫ inter iudeos dicebat se regem qualitercūqꝫ videbatur contra ordinatio/nem imperatoris facere. Christus autem concesserat se re/gem esse. vt patet ex predictis. Et ideo q̄uis fm veritatem hoc regnum non esset contra dominium imperatoris (vt su/pra dictum est.) Tamen hoc arguebant apparenter. Pyla/tus autem non audebat etiam fm minimam apparentiam facere contra imperatoris honorem. Ideo dicebant. Si hunc dimittis: non es amicus cesaris: id est non celas pro honore ꝛ statuto dñi tui custodiendo ꝛc. Hec Lyra. Dico secundo/ q lythostrotos in textu legendū est penultima lon/ga. Dicitur enim (teste Nestore et Cornucopie pauimentū lapidibus stratum (ein steinstraß) compositum ex λιθος

lithos q̄ est lapis: et στρωτος strotos id est stratos. Unde Hieronymus in euangelio Johannis ca. xix. Et sedit pro tribunali in loco qui dicit̄ lythostrotos: vbi barbari dicunt lythostratos: in qua dictiōe errauit Tortellius Huguitio Catholicon et cetera fex grammatistarum. Hec Bebelius. D
Dico tertio (s̄m Lyram) q̄ diabolus apparuerat vxori Pylati: monens eam terroribus ad liberationem Christi. vnde dixit viro suo. Nihil tibi et iusto illi: multa em̄ passa sum hodie per visum propter eum. Utrum autem talis apparitio fuerit ei facta somno vel vigilia: expresse nō habetur hic. Uidetur tamen q̄ fuerit in somno: per hoc q̄ dicitur per visum. Christus enim fuit presentatus Pylato valde mane: et ideo probabile est q̄ vxor eius iacebat adhuc in lecto. Domine enim non solent adeo mane surgere: sicut viri sui. Hec Lyra cui addere potes Gersonem in passione textu. xi. &c.

Fructus

¶ Tertio de fructibus huius particule. Primo discant femine ne lasciuiant in lectis: quia frequenter eis / et omnibus iuuenibus illa hora diabolus apparet: id est obiecta peccatorum: cum se vertunt in lecto / diabolo assaturam: tunc maritis in ecclesia existentibus / famulos vocant &c. Secundo discant hic omnes / seipsos omni sero examinare: si quid deliquerint illo die / in septem peccatis / quomodo peccauerint / et seipsos reprehendant / cum proposito emendandi. Aduertentes illud Augustini / audacior est qui cum vno peccato mortali dormit / q̄ qui cū septem hostibus de morte sua inuicem obligatis confligit. Uideatur etiam de hoc alphabetum doctoris nostri littera. vi. Ualet autem quotidianum illud iudicium contra superbiam. contra iram. contra negligentiam. Itaq̄ hoc iudicium supra modum diligit in nobis deus: et a nobis etiam / non nisi propter nos exigit per Micheam dicentem. Judicabo tibi o homo quid sit bonū: et quid deus requirat a te facere iudiciū et iusticiā: et sollicitū ambulare / cum dn̄o deo tuo &c. Sic faciēdo etiā

euadim⁹ iudiciũ dei. Unde Paulus.i.Corinth.xi. Si nos metipsos dijudicaremus: non dijudicaremur. glosa.i.nõ puniremur a deo. Nam quicũq̃ se iudicauerit non damnabitur. Sic ⁊ Pythagoras docuit discipulos suos: vt quotidie ista cum domũ ingrederent̃ dicerent/vbi nã excidi: quid feci quid ex eis q̃ facere debui obmisi: Itẽ Seneca li.iij. de ira. Fortis est animus ad q̃ preparatus venit ⁊c. Uide alphabetum nostrum vbi supra.

42 Ad mortẽ cõdẽnatio

¶ Quadragesimasecũda pticula est. Ad mortẽ ꝯdẽnatio.

Textus

Uidens enĩ Pylatus: q꞉ nihil pficeret: sed magis tumultus fieret/accepta aqua/lauit manus coram populo dicens Innocẽs ego sum/ a sanguine iusti huius. vos videritis. Et respõdens vniuersus populus/dixit. Sanguis ei⁹ sup nos et sup filios nostros. Tunc Pylat⁹ volens satisfacere populo/adiudicauit fieri petitionẽ eoꝝ. Dimisso igitur Barraba [tradidit Iesum voluntati eoꝝ/vt crucifigeretur.]

Masticatio.

Pro masticatione illi⁹ particule. Dico primo/q̃ mos erat antiquoꝝ/lauare manus corã populo/cũ se immunẽ vellet
R quis ostẽdere. Pylatus autem frustra manus lauit/cũ aqua maris nõ suffecisset/ad abluendũ crimẽ eius: scienter enĩ innocẽtẽ cõdemnauit. Neq̃ imprecatio iudeoꝝ (sanguis ei⁹ sup nos ⁊ sup filios nostros) ipm excusauit. licet peccatũ ei⁹ iudei in se sponte suscipiunt. Non tamẽ Pylatũ a culpa absoluere possunt: stante imobiliter sententia iusta dñi. Anima que peccauerit/ipsa morief. Unde ait Ambrosi⁹ sup Lucã. Manus quidẽ lauit Pylat⁹: sed facta nõ diluit. Iudex enĩ nec inuidie cedere debuit aliene: nec timori: vt sanguinẽ innocentis morti addiceret. Hec ille. Excessit quidem Pylati culpã facinus iudeoꝝ/qui illũ noĩe cesaris territũ ⁊ inuidiosis vocib⁹ increpatũ ad effectũ sui sceleris impulerũt: sed nec ipse euasit reatũ: qui coopertus seditiosis reliquit iudicium

ꝓpriũ et in crimẽ transmittit alienũ. Hec Gabriel. Simi
les sunt iudeis/q̃ alios ad pecatũ impellunt. Verbi grã (tpe
ieiunij dicẽtes. O thunsz auff mich ich wil es über mich ne
men. Et tales q̃ cũ possent arguere/nõ arguũt:et si nõ impel
lunt: videnẽ tamẽ ꝯsentire ꝛc. Dico secũdo/ꝙ quattuoꝛ vẽ
ti Pylatũ seduxerũt ⁊ subuerterũt. Primus erat/timoꝛ Ce
saris/q̃ a Cesare flauit. Secũdus ventus fuit/fauoꝛ popu L
li iudaici:a quib᷑ pecuniã sperabat ẜm Lyrã. Tertius ven
tus erat/cõtemptus Christi/quẽ putabat ꝑsonã vilẽ: ⁊ nul
lum iminere periculũ si eũ occiderẽt/maxime: qꝛ nõ appare
bat aliq̃s ꝯtradictoꝛ/ꝓtulit sententiã ⁊ iudicauit eũ: ob cul
pam affectati regni/esse crucifigendũ. Que aũt fuerit forma
sentẽtie: nõ est expressum ab Euãgelistis. In euãgelio tñ Ni
codemi scribiẽ/ꝙ Pylatus ꝓtulerit sententiã/sub his verbis.
Gens tua cõpꝛobauit te regẽ: ꝓpterea p̃cipio te pꝛimũ flagel
lari: ẜm pꝛincipũ statuta: deinde in cruce eleuari. Quart⁹ vẽ
tus erat/ꝙ populus crimen sup̱ se recipiebat: clamãs. San
guis ei⁹ sup̱ nos ꝛc. Que impꝛecatio vsq̨ in hodiernũ diẽ ꝑ
seuerat: ⁊ sanguis dñi nõ auferẽ ab eis. vt dicit Hieronym⁹.

Fructus.

¶ Tertio de fructu ⁊ virtute huius particule. Discamus
hic/sic viuere/ne vnq̨ iustã moꝛtis sententiã/aĩe vel coꝛpis
a Christo audire mereamur. Item sicut saluatoꝛ noster/susti
nuit ꝓ nobis/iniquã ab hoĩe ferri sententiã ꝯtra se: sic ⁊ nos
ꝓ deo curare nõ debem⁹ iniqua hoĩm iudicia. Unde aplꝰs
i. Corinth. iiij. Mihi inquit ꝓ minimo est: vt a vobis iudi
cer aut ab humano die ꝛc. Tantũ de ista particula.

Dominica Palmarum.

Ecipite ⁊ comedite. Matth. xxvi. Quadragesima 45
tertia particula nostre placente passionis domini Crucis
est: Crucis baiulatio. baiula/
tio

Textus

Postq̃ eñ sentẽtialiter dãnat⁹ fuit. Tunc milites p̃sidis M

suscipiētes eū/exuerūt clamide ꝛ purpura/ ꝛ induerūt eū ve stimētis suis. Et imposuerūt ei crucē portādā ad locū passio nis. Baiulabat autē dñs crucē suā/donec inuenerunt Symonē quendā Cyrenensem/patrē Alexandri ꝛ Rufi discipuloꝝ Christi: q̄ veniebat a villa/vadens ad ciuitatē. hūc angariauerūt: id est coegerūt vt portaret crucem post Iesum ꝛc. Sic habes particulam.

Masticatio.

Masticādo eandē. Querꝭ primo. Cur imposuerūt Christo crucē? Respōdeo primo ꝓpter nauseā: q2 hoc lignū crucis reputabaꝭ ꝓphanū/ nullus illoꝝ illud nedū portare: sed nec tangere voluit: ꝛ ideo imposuerūt eā Iesu: vt iā dānato. Vñ glosa. Portat crucē suā Iesus/ grandē ludibriū impijs grāde mysteriū est pijs/gloriantibꝫ quasi in sceptro regni ꝛc. Secūdo imposuerꝭ ei crucē. vt impleretꝭ ꝓphetia. Esaie. ix. Cuiꝰ principatꝰ sup humerū eiꝰ. Tertio ꝓpter figurā Isaac Nam sicuti Isaac portauit ignē ꝛ ligna/ ꝓ sui imolatiōe. sic Christus portauit lignū crucis cū igne charitatis. Et quo modo Isaac dimissus est/ꝛ mactatus est aries. sic ꝛ hic ſm Crisostō. diuina natura manet īpassibilis/ ꝛ mactata est humanitas/herēs cornibꝫ inter vepres .i. inter retiacula pctōꝝ: quibꝫ natura humana dtinebaꝭ. Hic etiā cōpleꝭ vidue Sareptene figura/q̄ collegit duo ligna ꝛc. Audi Hierony. Hic educiꝭ Abel in agrū/a fratre. vt perimaꝭ. Hic adest Isaac cū lignis: ꝛ Abrahā cum ariete veprībꝫ herēte. Hic adest Ioseph/cū gramineo fasce somniato: et tunica talari sanguine linita. Hic adest Moyses/cū virga ꝛ serpēte suspēso ī ligno. Hic adest botrus in ligno portatus. Hic adest Heliseus cū ligno ad querendā securim/q̄ in imo demersa erat/ꝛ natauit ad lignū .i. genus humanū/qđ a ligno vetito in infernū decidit/ꝑ lignū cruciſ Christi ꝛ baptismū aque/ad paradisum natauit. Hic adest Ionas/de ligno fortis ī mare/ventre ꝗ̄ ceti triduo missus ꝛc. Hec Hiero. Queris nūc. Quare imposuerūt crucē Symoni Cyreneo? Et q̄s fuit ille? et quare pci se tali? Dico ad primū/q̄ hoc fecerūt: vt eo velociꝰ venirent

ad passionē/qꝛ nimis grauis fuit ad portādū vni soli/ꝛ maxime Jesu iā debilitato/plurimūqꝫ ex fatigationibꝫ exhausto Dico ad secundū/ꝙ Symon ille nō fuit hebreꝰ: sed gētilis ꝛ peregrinꝰ/de Cyrenis/q̄ est ciuitas Libie. Dico ad tertiū ꝙ huic imposuerūt crucē.ꝑpter significationē. Nam hoc nō vacat mysterio.qꝛ vt dicit glosa. Ecce nō hebreus: sed alienigena ꝛ gētilis obprobrio Christi subdit. vt plenitudo sacramentoꝝ/trāsire a iudeis ad gētes ostendat. Symō q̄ppe obedientia interp̄taṫ. Cyreneꝰ heres. Unde bene designanṫ p eū christiani/ex gētibꝫ cōuersi/q̄ peregrini erāt/testamētoꝝ dei:sed credēdo ꝛ obediēdo diuinis mādatꝫ facti sunt/ciues sctōꝝ ꝛ domestici atqꝫ heredes dei ꝛc̄. Hec Jordanus. Q

Fructus

Tertio de fructibꝫ huiꝰ ꝑticule. Discamꝰ h̄ oēs.vt ꝛ nos post Christū crucē portemꝰ. Moueat nos ꝑmo Symon: qui hoc facit. Nā Christus prior crucē portat:cuiꝰ vestigia Symon sequebaṫ. Sic ꝛ nos seq̄mur vestigia dn̄i. Moueat nos secūdo: qꝛ sic itur ad celū. Nā auis p aerē versus celū volat/i forma cruc̄. Et nauis p aquā. Et tu p mūdū ad litꝰ eternitatis/p crucē puenies. Itē thau lr̄a:est signū vite:q̄ ergo vitā h̄re desiderat:h̄ signo sit signatus. vt illud Ezech.ix. in eo verificeṫ. Oēm sup quē videritis thau:ne occidatis ꝛc̄. Moueat te tertio Christus:q̄ nedū portauit crucē: sed et vt nos portemꝰ admonuit. Mat.xvi. Si q̄s vult post me venire:abneget semetip̄m:ꝛ tollat crucē suā q̄tidie: ꝛ sequaṫ me. Hāc igiṫ crucē porta volūtarie/nō coacte. Dicit eīn. Si q̄s vult. Porta etiā ꝑpriā nō alienā: qꝛ dicit: tollat crucē suā: et sic sequere Christū:nō gloriā ꝑpriā. Quadruplices aūt sunt hoīes portātes crucē Christi. Primi portāt crucem Christi volūtarie. Ipsi sunt boni christiani:q̄ patiētes sunt in tribulationibꝫ. in infirmitatibꝫ.in paupertate. sil'iter.i bonis opibꝫ: scꝫ mane surgēdo.orādo.genuflectēdo.ieiunādo.ꝛ pegrinando.vñ in P̄sal. Uolūtarie sacrificabo tibi. Et alibi. Uoluntarie sacrificate sacrificiū laudis. Quia nullū.bonū nisi voluntariū. Tales igiṫ volūtarie Christi crucē portantes: ha- P

bent ad manū crucē nō ligneā (iuxta morē aliquoꝝ supstitio soꝝ/quales adhuc dicunt in italia esse/se Jesuanos appellā tes/nō sine cruce lignea/alicui pagrātes ſm Gersonē) ſed ha bēt ad manū/vitā christianā/que vere crux est. ſicut dicit bea tus Augustin⁹ in ſermone de b. Laurētio. Tota vita chri/ ſtiani hoīs:ſi ſm euāgeliū viuat:crux atq; martyriū est: ꝛ iſta
Q est crux/q̄ q̄tidie est portāda. Secūdi/portant crucē coacte q̄ ſcȝ metu pene/ſe alicui diſtrictiōi ſubijciūt. Ut ſm Crif. Qui p abſtinentiā quidē carnē afficiūt: ſed fructū abſtinētie interius nō requirūt. Un̄ Symon iſte crucē portat: ſed nō morif. ſic iſti nō mortificanf: ſed mūdo adhuc viuūt. Quis taliū (et religioſoꝝ ꝛ ſecularīū) poſſet numerū (q̄ infinit⁹ est) explicare? Tertij portāt crucē/nō ſuā: ſed alienā. Jpſi ſunt pdicatores. ſolitarij. et monachi. Predicatores videlicet/q̄ abſtinentiā ꝛ diſtrictionē/ꝛ fidē ſcroꝝ pdicāt: ſed in ſe nō ſer uāt. Solitarij/q̄ fugiūt frequentiā hoim/petētes deſertū/ꝛ vitā carnalē ducūt in ſolitudine i occulto. Monachi/q̄ ſub regula artiſſima ſe militare glorianf: ſed p ei⁹ obſeruātiā nō mortificāf. ſicut Symō crucē portās/nō moriebaf. Cōtra tales dicit Bern̄. Ue portātib⁹ crucē/nō ſicut ſaluator ſuā: ſed ſicut ille Cyrene⁹ alienā. Quarti portāt crucē: ſed Chri
R ſtū nō ſequunf. vt q̄ p laude hūana laborāt: ſed adhuc dei di/ lectiōe nō trahuntur. Un̄ ſicut Symon crucē portant/ꝛ nō moriunf: q: corp⁹ q̄dē p laborē affligūt: ſed p deſideriū glo/ rie/mūdo viuūt. Uide Ludolfum. Diſcāt h̄ etiā magiſtri ꝛ plati. pmo/tollere crucē: ꝛ timore dei ppriam carnē cōfige re: et ſic ſubditis ꝛ obedientibus eam ſalutari angaria impo/ nere ꝛc. Tantum de iſta particula.

44 Jn golgatha adductio.

Feria ſecunda poſt Palmarum.

Ecipite ꝛ comedite. Matth. xxvi. Quadrageſi a maquarta particula eſt. Jn golgatha deductio.

Textus

¶ Jmpoſita eſt ei cruce/eduxerūt eū extra ciuitatē/in eū q̄ dicit caluarie locū. Hebraice golgatha. Sequebaf autē

mũ turba multa/populi ꝛ mulierũ/q̃ plãgebãt ꝛ lamẽtabant eũ. Conuersus autẽ ad illos Jesus: dixit. Filie Jherusalem nolite flere sup me: sed sup vosipsas flete ꝛ super filios vrõs Qm̃/ecce/veniẽt dies in qb⁹ dicẽt. Beate steriles ꝛ vẽtres q̃ nõ genuerũt/ꝛ vbera q̃ nõ lactauerũt. Tunc incipiẽt dicere mõtib⁹. Cadite sup nos. Et collib⁹. opite nos: qꝛ si in viridi ligno hec faciũt: in arido q̃d fiet? Ducebant autẽ ꝛ alij duo nequã cũ eo. vt interficerent. [Et pducũt eũ in locũ/q̃ dicit golgata/q̃ dicit caluarie locus ꝛc.] Habes ecce pticulã. S

Masticatio.

Pro masticatiõe pticule psent. Dico φ deductio ista fuit admodũ penalis. Primo rõne ignominie. Ualde em̃ ignominiosum est duci ad patibulũ. Secũdo rõne societatis: qꝛ ducebant cũ eo ꝛ alij duo nequã. vt interficerent: q̃d specialiter diabolus pcurauit/ad maiorẽ Christi ɔfusionẽ. vt nõ videret distinctio inter Christũ ꝛ alios nequã. Tertio rõne comitiue. Et h̃ duplicit. Sequebat em̃ cũ turba magna inter q̃s m̃lti erãt/gaudẽtes. sicut populus iudeoꝝ. q̃d nõ modicũ penale est hoĩ/videre hoĩes gaudẽtes/de afflictiõe sua. Interfuerũt ꝛ q̃dã flẽtes. sicut sctẽ mulieres. Et idipm̃ pena le est/videre amicos ppter se flẽtes. Interfuerũt ꝛ multi viri de ei⁹ passiõe mestissimi: sed fletũ co bibebãt ppter metũ iudeoꝝ. Femine⁹ ꝟo sex⁹/fragilior ꝛ pnior ad fletũ/necnõ ꝛ cõtẽptibilior/liberi⁹ poterat mesticiã animi lachrymis ostẽtare Ad q̃s Jesus ɔuersus: dixit. Nolite flere sup me. Ideo: qꝛ ordinatio dei/volũtas mea/ꝛ vtilitas vĩa est. q. d. cõpassionem nõ phibeo: aliã aũt flet⁹ cãm ostẽdo. In obsidiõe Jherusalẽ futurã p Titũ ꝛ Uespasianũ. Qm̃ veniẽt dies ꝛc. Dic et Lyra ꝛ alijs. Quarto fuit illa ductio Christo penalis/ratione Marie matris ei⁹ q̃ astabat/maxima cordis amaritudine affecta. quapropter ꝛ Christi dolor auct⁹ fuit. Itẽ f̃m aliq̃s h̃ pmo nũciatũ fuit beate ꝟgini Marie: Christũ filiũ suũ esse cõdẽnatũ. Cũ quãto aũt cordis dolore ꝛ animi pturbatiõe hoc nunciũ recepit q̃liber fidelis mat ppẽdat. Nec tñ aliq̃d indecẽs sue pudicitie/vl̃ ꝟginitati derogãs cõmisit. Nec ve T

rũ est/ illud fabulosum/ q̃ ꝟgini glõse/ iniuriari impie videt virginẽ cucurrisse ad silitudinẽ insaniẽtis mulierꝭ. hincinde de domo ad domũ/ ad q̃s Christus ducebatꝭ: ac in signũ angustiarũ suarũ crines euulsisse/ ꝑ imas ꝓspexisse/ manibꝫ deplosis lamẽtabiliꝭ planxisse: ⁊ plura alia q̃ oĩa falsa ⁊ friuola sunt. Alias multe mulieres ꝑfectiores fuissent btẽ ꝟgini: scꝫ Sophia septẽ filioꝝ fratrũ matꝭ: ⁊ q̃plures alie. Sunt eñ tres plãgentiũ modi. Quidã nimis dolorẽ exprimũt ĩ opere exteriori. sicut Heli. i. Regũ. iiij. qui cũ audisset captã archam dñi/ ⁊ duos filios/ cecidit retrorsuꝫ: ⁊ ꝯfractꝭ ceruicibꝫ expirauit. Quidã nihil molestũ patiunꝭ/ tñ ꝓpter quandã honestatẽ/ simulant dolorẽ/ bestiali quodã clamore. vt iuuencule de morte viroꝝ deformiũ ⁊ vetuloꝝ. Sed vterqꝫ se frustra affligit. Primis absqꝫ inordinato motu bene ab oĩbꝫ crederetur. Secũdis/ q̃tomagis insanierint tãtominoꝛ fides adhibetꝭ.
V Idcirco tertiũ modũ valde humanũ/ mater ꝟgo adinuenit. Que cũ amarũ dolorẽ in corde gestauerit: nihil tñ fedũ/ aut indecẽs gessit/ nequaq̃ obliuiscẽs fidei catholice ⁊ ꝟginalis pudicitie: fidẽ eñ habuit ⁊ in ea sola ꝑmansit. De resurrectione filij sui/ ⁊ dolorẽ incõparabilẽ sic tẽperauit: ne indisciplinatũ q̃d cõmitteret. Vñ recte dicitꝭ ꝙ stabat: nõ aũt ꝙ cadebat aut insaniebat/ aut fugiebat. vt ⁊ ꝯstãtia ipsiꝰ ⁊ modestia nobꝭ cõmẽdetꝭ. Vñ dicit Gerson sup magnificat tractatu. iꝝ. partitiõe. iiij. O maria cõualescebas/ ⁊ ĩ aduersitatibꝫ seculi: quã nec ipsa mors filij ꝓstrauit ĩ terrã. Stabat (inq̃t) custos tuꝰ ꝟgineꝰ Joannes/ stabat iuxta crucẽ Jesu matꝭ eiꝰ. habet virtꝰ suã antiparistasim coadunatꝭ in se ex circũstãte/ nõ penetrãte ꝯtrario/ ac ꝑinde fortificatꝭ. Sedet Job ꝑcussus vlcere pessimo/ sedet ĩ sterq̃linio/ vbi/ velut ĩ throno regio cõcionatꝭ nec ĩnocentiã deserit. nec veritatẽ. nec animi robur ⁊ virtutẽ ammittit. Quãuis aũt delectatio teneat oꝑantẽ in oꝑatiõe: nihilominꝰ tenet ⁊ ꝯtristatio/ q̃ ₰m deũ est. Cur ita? Nimirũ qꝛ delectat. Que rõ? qꝛ scit placere deo. Vñ B. Certe qꝛ/ vl' ꝓbat exercẽs ad ꝟtutẽ/ vl' purgat ⁊ liberat a reatu/ vel erudit ad sapiẽtiã. Hec ille. Vñ dicit Seneca. Multũ sibi adijcit virtꝰ lacessita. Virtꝰ eñ vt plerũqꝫ recõdita ex ꝓuocatiõe cõ

traria apparet pstātior/qd̄ patuit in Maria: cui⁹ virt⁹ prius in se recōdita. viso aūt filio lacessit: z sic firmior facta z pstātior apparet. Ecce quomō hec deductio fuit Christo penal' ob maximū Marie matris sue dolorē. Quinto fuit hec deductio Christo penalis rōne loci: qz loc⁹ iste horrorē pstabat/pariter z fetorē. Deduxerūt eū eū in golgatha/ qd̄ interpretat caluarie loc⁹: nō ꝑpter caluariā capitis Ade quē ferūt q̄dā ibi sepultū: sed ꝑpt̄ decollatiōes z suspēsiōes dānatorꝫ: q̄rū ibi erāt caluarie. Adā aūt sepult⁹ fuit in Ebron. vt habet Josue. xiiij. Propter qd̄ Ebron dicebat antiq̄t⁹ Cariathar be. i. ciuitas q̄ttuor: qz q̄ttuor magni patriarche ibidē sepulti sunt cū vxorib⁹ suis. s. Adā z Eua. Abrahā z Sara. Isaac et Rebecca. Jacob z Lya. Dicit ergo caluarie loc⁹: qz erat plen⁹ capitib⁹ mortuoꝝ. Ūn̄ dicit in scolastica hystoria. Caluaria est ꝑprie os capitis humani nudū: z qz ibi decollabant rei/z m̄lta ossa capitū ibi aspersa erāt. Dicebat loc⁹ caluarie vel caluariarū. Ambros⁹ in ep̄la ad Romanos. Videt velle q̄ ibi sepult⁹ fuerit Adā/z a capite ei⁹ dictā caluariā/z ei dictū ab ap̄lo. Surge q̄ dormis/exurge a mortuis/z illumina bit te Christ⁹. De q̄ opiniōe dic̄ Hiero. q̄ fauorabil' est interp̄tatio z mulcēs aures: nō t̄n vera. Ūn̄ credim⁹ h̄ a falsarijs positū in Ambrosio. sic̄ z m̄lta alia. Hec scō. hysto. Habeamus itaq; quō hec deductio fuerit Christo penal'/ rōne loci zc̄.

Fructus

Tertio de fructu hui⁹ ꝑticule. Discāt h̄ oēs debiles/senes pegrini/z laboratores/si q̄n fatigant in suitio dei/siue i laborib⁹ rememorare isti⁹ itineris Christi/q̄ ducebat ad patibulū q̄ ita flagellat⁹/q̄ crucē ampli⁹ p se ferre nō potuit: nec mirū qz p totā noctē z diē illū m̄ltiplicit̄ fatigat⁹ fuit. Si igit saluator nr̄ tantā lassitudinē/cū tāta ignominia, p nob̄ sufferre dignat⁹ est: cur z nos ꝑpter eū modicū laborē vix nō sustinem⁹. h̄ cogitēt senes/ad ecclesiā pgētes/vel gradū siue montē ascēdētes. Siliter z laboratores z viatores/fatigati exitinere. vn̄ Bern̄. Quid ē qd̄ tibi suaue nō videt/cū colligeris z memorauers/oēs amaritudines saluatoris zc̄. Cū d̄ ista pticula

45 ¶ Quadragesima quinta particula est. Uestiū expoliatio. Legitur enī in euangelio Nicodemi/ ꝙ

Uestiū expoliatio.

Textus

Peruenientes ad locū passiōis [expoliauerūt eū vestibꝫ suis ante crucē.] Et pcinxerunt eū lintheo/ qḋ etiā verisimiliter fecerunt in flagellatione. Habes particulam.

Masticatio.

Pro masticatiōe particule pͣsentis. Dico primo ſm Ludolfum/ ꝙ Maria videns filiū suū denudatū/ accelerat/ ciꝙ
Z approximās/ velo capitis sui eū cingit ꝛ velat. Quātꝰ ħ dolor erat matri sctissime/ cū oculꝭ suis aspiceret filiū suū sic vulneratū ꝛ dispositū/ ac corā oī populo vestibꝫ ꝓprijs expoliatū: q̄sꝙ fidelis ꝑpēdat. Quare dicit Ludolfus/ ꝙ velo filiū suū velauerit. Dicūt alij ꝙ oīno nudus ī cruce pepēderit/ innitētes dicto Ambrosij videlicet. Nudus crucē ascēdit/ ꝛ talꝭ ascēdit/ q̄les nos auctore deo natura formauit. Talis ascēdit/ q̄lis pͥmꝰ hō in paradiso habitauit. et talis secūdus hō paradisuꝫ itrouit. Hec Amb. Posset tn̄ dici ꝙ a falsarijs sibi impositū sit. sicuti de caluaria dicitꝰ in scolastica hystoria. Uel dicatꝰ ꝙ verbū Ambrosij intelligatꝰ ſm cōem modū loquēdi q̄ etiā dicitꝰ Petrꝰ nudus fuisse ī naui. Dico scḋo/ ꝙ hec passio multū penalis erat dn̄o/ quare merito ꝑ ꝑticula ponitur. Primo enī erat penalis ꝓpter renouationē vulnerū/ ꝑ extractionē vestis interioris/ q̄ ꝓpter sanguinē flagellatiōis fortiter corpi adhesit. Scḋo erat penalis: qꝛ nudus cogebatꝰ apparere corā oī populo/ ꝛ in maximo frigore. Tertio/ qꝛ soli vilis
A simi sic oīno nudi crucifigebantꝰ. Dico tertio/ ꝙ denudatio illa/ siue potꝰ vestiū expoliatio facit distinctū articulū/ a superiori denudatiōe: qꝛ ibi exuebatꝰ in ꝑtorio corā ꝑside ꝛ suis ministris. hic aūt in publico corā oī populo. Itē ibi exuebatꝰ veste alba in q̄ eū illuserat Herodes. hic aūt veste ꝓpria. Itē ibi exuebatꝰ flagellādus. hic autē crucifigēdus. Itē ibi exuebatꝰ quasi reinduēdus. hic autē expoliatꝰ quasi nunꝙ̄ vestes amplius rehabiturus ꝛc̄.

Fructus

Tertio de fructibꝫ huiꝰ ꝑticule. Discamꝰ h̄ nos denudare ⁊ exuere/ab oībꝫ saluti nr̄e ↄtrarijs. vt nudā crucē/nudi sequamur. vt ait Hierony. Exue Res/ Personas/ ⁊ Mores. B
Res videlicet vel male acq̇sitas ꝑ restitutionē/ vel sup̄fluas exue ꝑ elemosynarū largitionē. Personas q̄ p̄stāt ibi peccādi occasionē. vt sūt cōcubine ⁊c̄. Mores malos ⁊ actꝰ munda nos exue. s. sup̄biā. auariciā. luxuriā. loquacitatē. mēdacia ⁊c̄. Dicit eīm Paulus. Nolite mētiri inuicē/ expoliātes vos veterē hoīem/cū actibꝫ suis/⁊ induentes nouū/eū q̇ renouat̄ in agnitionē/ſm imaginē eiꝰ q̇ creauit eū/vbi nō est gētilis ⁊ iudeus circūcisio ⁊ p̄putiū Barbarꝰ ⁊ Scita. seruꝰ ⁊ liber. sed oīa ⁊ i oībꝫ Christus ⁊c̄. Hec Paulus Col. iij. Hūc igit̄ imitare velis/⁊ sic exuere veterē hoīem: dicēdo. Jesu/ q̇ ante crucem vestibꝫ expoliari et nudari voluisti: fac me ab omnibus mundanis rebꝫ/ inq̄ātum sunt cōtra salutē meam denudari: quatenus nudā crucē/nudus sequar. Amen.

¶Quadragesimasexta particula est. In cruce extensio. 46 In cruce extensio.

Textus

Cum eīm expoliassent eū: eripit̄ filiꝰ furibūde de manibus matris/nō sine magnis doloribꝫ/gemitibꝫ ⁊ suspirijs: et ducit̄ ad mortē crucis/et nudus sup̄ lignū crucis q̄ in terra erat posita/dire piectꝰ/crudelit̄ expāsus/ptēsus/et tractus/ disertissime ad modū pellꝭ homicide est extēsus. Habes ecce ꝑticulā.

Masticatio

Masticādo ꝑticulā istā. Dico p̄mo/q̄ (ſm Ludolfū) foramina priꝰ facta fuerūt in cruce: et q̄ꝛ brachia ⁊ pedes Christi nō poterāt attingere foramina: ideo ligatis funibꝫ i brachijs et pedibꝫ tm̄ traxerūt/ac dulces manꝰ eiꝰ et pedes adeo atrociter extēdeꝛūt/q̄ oēs iūcture ossiū dinūerari potuerūt. Juxta illud ꝓphete. Dinumerauerūt oīa ossa mea. i. dinumerabilia fecerūt. Dico scđo/q̄ talis extēsio multū penosa fuit Christo. Vn̄ legit̄/q̄ cū quedā deuota ꝑsona/ in q̄dā reuelatiōe in

terrogaret a dño/ q̃d ĩ oĩb ꝗ̄ ꝓ nob ꝑtulit maxime doluisset.
C Respõdit ꝙ ĩ cruce extẽsus fui: ita ꝙ oĩa ossa mea numerari poterãt: et quicũq̈ mihi ꝓ illo dolore gratias egerit/ita gratũ obsequiũ mihi p̄stabit/ac si oĩa vulnera mea vngento suauissimo deliniret ꝛc̃. Hec Ludolfus.

Fructus.

Tertio de fructu hui⁹ pticule. Discamus h̄ oĩa mẽbra ꝛ organa corpis nr̄i/extẽdere ĩ obsequiũ Christi. Man⁹ videlicet et brachia ad opatiõẽ. Pedes ad ambulationem. Genua ad oĩonẽ. Oẽs q̈q̈ sensus/ad suoꝝ actuũ. Sanctã ꝛ castã exercitationẽ. vt possim⁹ dicere cũ Psal. Omnia ossa mea dicẽt. Dñe q̈s sĩl'is tui. Uñ Ioh. Cass. in Collationib⁹ patrũ/docet ꝙ religiose et deuote ꝑsone: debẽt oĩm membroꝝ suoꝝ ꝓmitias offerre deo. Mox eñi: vt a somno excitati/a lectulo surrexerint/debẽt ꝓmo/oris ꝛ lingue motu/orãdo/laudes deo offerre: et priusq̃ mẽbra/ aliq̃ suo fungant̃ officio: circa curã rei familiar̃ debẽt ea ad diuina obseq̃a extẽdere. Caput ꝛ faciẽ: cũ oĩb⁹ sensib⁹ ad celũ leuãdo. Man⁹ ad deũ in oĩone eleuando. Brachia ad modũ cruc̃ expandẽdo. Genua ad oĩonẽ incuruãdo. Totũ corp⁹/nũc stãdo/nũc in terra p̄sternẽdo ad veniã/cũ honesta et reuerẽte/oĩm mẽbroꝝ et
D virĩũ toti⁹ corpis extẽsiõe: et spũaliũ viriũ in tẽsione/in sacrificiũ iusticie deo offerẽdo. Ad h̄ hortat̃ Ap̃ls. Rom. xii. Obsecro vos: vt exhibeat̃ corpa vr̃a: hostiã viuẽtẽ: sanctã/deo placentẽ: rationabile obseq̃uiũ vestrum ꝛc̃. Hec Iordanus quẽ vide. Et tantum de ista particula.

Feria tertia post Palmarum.

47 Crucifixio. a Ecipite ꝛ comedite. Matth. xxvi. Quadragesimaseptima particula passionis dñi est. Crucifixio.

Textus

Ipse eñi dñs nõ solũ dignat⁹ est in cruce extendi/sed etiã affigi manib⁹ et pedib⁹/cũ clauis durissimis. vt cõmẽdaret nob̄ indissolubilẽ charitatẽ suã: q̈ salutẽ nostrã firmauit ꝛc̃.

Masticatio

Pro masticatiõe illi⁹ particule. Dico ꝓmo/ꝙ cõgruũ fuit

Christū ligno crucis affigi: videlicet ex pte Adā: diaboli: et
fructꝰ inde secuti. Primo ex pte Adā: qꝛ pmꝰ hō ad lignū p/
uaricatiōis/manꝰ extēdēdo/ ꝛ pedibꝫ accedēdo / cyrographū
dānatiōis nr̄e diabolo ꝯfecerat. Jō saluatoꝛ nr̄. vt cyrogra/
phū illud deleret manibꝫ ꝛ pedibꝫ/ligno salutifere crucꝭ affi/
gi voluit/clauis iuictissime charitatꝭ/ delēs p h̄ cyrographū
decreti: qđ erat ꝯtrariū nobis/et ipm̄ tulit de medio/affigēs E
illud cruci. Scđo ex pte diaboli: qꝛ diabolus p lignū vince/
bat. Recte igit̄ p lignū vicebat̄. vt in p̄fatiōe canit̄. Qui salu/
tē hūani gn̄is ꝛc. Tertio ꝯgruū fuit ex pte fructus: qꝛ p pas/
sionē suā/Christꝰ erat reparaturꝰ ruinas angeloꝝ/redēpturꝰ
pres de limbo ꝛ amicos collecturꝰ. Jnimicos recōciliaturꝰ
ergo recte p crucē: hec q̄ttuoꝛ significantē. Primū designat̄
p brachiū supius. Scđm p brachiū iferiꝰ. Tertiū p dextera
Quartū p sinistrā. Fert̄ aūt crux q̄ttuoꝛ lignoꝝ gn̄a habuis/
se. s. Cedrū in stipite. Palmā in palo p lōgū. Cypressū in li/
gno extrāsuerso. Oliuā in tabula super crucem: loco quarti
brachij. Unde versus. Ligna crucis. palma. cedrus. cypres/
sus. oliua. Hec Jordanus.

Fructus.

Tertio de fructu huiꝰ pticule. Discamꝰ h̄ fr̄es/ q̄ ꝛ nos car
nē nostrā crucifigamꝰ cū vitijs ꝛ ꝯcupiscētijs. vt docet ap̄ls
Gal̄. v. Quod ꝓbū ptractās. Augu. i s̄mone de q̄dragesima
et ponit̄ in glosa: sic dicēs. Congruit nr̄e deuotiōi. vt q̄ dn̄i
crucifixi passionē celebramꝰ: reprimēdarū carnaliū volupta F
tū nob crucē faciamꝰ. Jn hac q̄dē cruce/ sp in hac vita pēde
re debet christianꝰ. vt sit fixꝰ clauis. i. p̄ceptꝭ iusticie. sic Chri
stꝰ i cruce clauis ꝯfixꝰ fuit. Sic fecit ipse Ap̄ls dicēs. Gal̄. ij
Christo ꝯfixꝰ sū cruci. glo. idest Crux Christi extitit i me ar
doꝛē peccati/timore dei q̄si clauis/affixas h̄ns carnes. Et h̄
est q̄ orat Psal. Confige clauis a timore tuo carnes meas.
s̄m trāslationē q̄ vtit̄ Augu. Hec Jorđ. Tu q̄q̄ fr̄/ fac vt in
hac cruce fixus ineniarꝭ. pcidēs igit̄ ora. Jesu q̄ durissimis
clauis cruci affigi voluisti: ac p h̄ cyrographū pctōꝝ nr̄oꝝ. ꝛ
mortꝭ eidē cruci affixisti. Cōfige q̄so timore tuo carnes me/
as. vt p̄ceptꝭ tuis firmit̄ iberēs/ sp tibi ꝯfixꝰ sim i cruce Amē.

48 sinistre man⁹ pforatio

Quadragesimaoctaua pticula ē. Sinistre man⁹ pforatio

Textus

Uoluit eñ Christus nō solū quomodocūqʒ crucifigi: sed et manibꝫ et pedibꝫ affigi et pforari. Ecce particulam.

Masticatio.

Masticādo eādē ꝛ comedēdo. Dico pmo/ꝙ pforatio illa ꝯueniēter p singlari pticula ponit. poterat eñ alit cruci affigi/qꝫ manibꝫ ꝛ pedibꝫ. potuisset etiā affixio manuū ꝛ pedum ad crucē/alio mō fieri qꝫ pforatiōe vulnerū. igit: qꝛ pforatio illa specialē ꝛ distinctū causauit dolorē: ꝯgrue etiā distinctā facit pticulā. vñ Psal. Foderūt man⁹ meas ꝛ pedes meos ꝛc.

Dico scdo/ꝙ Christ⁹ voluit pforari. et cruci manibꝫ ꝛ pedibꝫ affigi. Et hꝰ ppter qttuor causas. Uenerat eñ pmo auferre a nob mala nr̃a q̄ p sinistrā significant. ꝛ ꝰ i sinistra pforari voluit ꝛ vulnerari. Uenerat scdo pstare nob vitā ꝛ oia
B bona. ꝰ vulnerat i dextra/p quā bona significant. De his loquit b. Hiero. [Extēsio inqt man⁹ pme ad lignū/mortē apphēdit.] Intelligēs p mortē pctm̄ cū malis suis sequelis. [Extēsio aūt scde/vitā q̄ pierat inuenit.] Intelligēs p vitam oia bona ptinētia ad salutē nostrā. Uenerat tertio cogitatiōes ꝛ affectiōes nr̃as malas sanare. ꝰ vuln⁹ suscepit i sinistro pede. Per pedes eñ significant affect⁹ ꝛ desideria in scripturis/qbꝫ aīa gradit. Per pedē sinistrū pue. Per dextrū bone significant affectiōes ꝛ volūtates. Uenerat qrto/bona nr̃a desideria/roborare ꝛ pficere. et ꝰ vulnerat⁹ i dextro pede.

Dico tertio/ꝙ psens pticula in sinistre man⁹ pforatiōe ꝯsistit/p quā mortē destruxit. i. pctm̄ cū oibꝫ suis seqlis: Illa eñ manu (vt ait Hiero.) mortē apphēdit: et apphēsam cruci affixit. Et insup ipsa manu qsi mēbrana/trophei sui/cyrographū suo ppzio sanguine scripsit. Et vt scriptura esset indelibilis/totam manum exarando transfodit.

Fructus

Tertio de fructu illi⁹ pticule. Disce ꝰ tu oia mala aduersātia. s. tribulatiōes. tētatiōes. infirmitates. culpas. ꝛ penas qlibet i dulcissimo vulnere isti⁹ pme man⁹/q̄ Christ⁹ mortē ꝛ

oēm miseriā nostrā appēdit reponere. Sic fecit b. Augu. l. li. de cōtēplatione dñi nři Jesu Christi: dicēs. Cū me pulsat aliq̄ turpis cogitatio: recurro ad vulnera Christi. Cū me p̄mit caro/recordatiōe vulnerū dñi mei resurgo. Cū diabol⁹ parat mihi īsidias: fugio ad viscera dñi mei/et recedit a me. D
Si ardor libidinis moueat mēbra mea/recordatiōe filij dei extinguit. In oībꝫ aduersitatibꝫ meis nō īuenio tā efficax remediū: q̄ vulnera Christi. In illis dormio secur⁹ et requiesco. Hec ille. Et licꝫ Augu. indistīcte loq̄t ibi de Christi vulneribus/magis tñ oppropriate hec efficatia/refert ad vuln⁹ manus dextre. f. sinistre rc. Hec Jord. Tu igit frater ponein isto vulnere oīa tibi aduersantia mala: dicēdo. Jesu q̄ manū tuā sinistrā/clauo pforari/crucicꝫ affigi voluisti. da mihi cūcta mala aduersātia/in eiusdē man⁹ tue dulcissimo vulnere reponere: z in eo ↄtra singula remediū salutiferum inuenire.

Quadragesimanona particula est. 49

Textus Dextre man⁹ pforatio

Dextre manus perforatio. Habes ecce particulam.

Masticatio.

Pro masticatiōe eiusdē z comestiōe. Dico q̄ Christ⁹ p hāc manū/vitā q̄ pierat inuenit. i. oīa bona ad salutē ptinētia. Et illā vitā nob donauit/faciēs sup hac donatiōe/instrumentū sanguine suo scriptū/q̄d z sacri vulneri ↄfossiōe/ad perpetuā rei memoriā/velut sigilli impressiōe ↄsignauit. vñ. ij. Petri. i. Maxima et preciosa vobis pmissa donauit de⁹. vt per hoc efficiamini diuine consortes nature rc. 3

Fructus

Tertio de fructu pticule psentꝭ. Disce b frater/oīa bona q̄ de⁹ in te opat recōdere/in vulnere istꝭ⁹ scde man⁹ ea oīa nō tibi: sed diuino muneri attribuēdo. Orās vt oīa neglecta z imperfecta tua/et suo dulcifluo vulnere restaurent/pficiant/ z suppleant. Sic fecit Augu. dicēs vbi sup. Quicq̄d ex me mihi deest: vsurpo mihi ex visceribus dñi mei: q̄m misericordia affluit: nec desūt foramina p q̄ affluat. Et subdit. Uulnera Jesu Christi/plena sunt misericordia. plena pietate. plena dul

cedine et charitate: p has rimas licet mihi gustare/q̄ suauis est dñs de⁹ me⁹. Hec ille. Et specialit' respicit efficatiā man⁹ scđe cū suo vulnere ꝛc. Ora fr' dicēs. Jesu q̄ manū tuā dextrā clauo pforari/crucic affigi voluisti. da mihi oīa opa mea bona/q̄ tu opar' i me in eiusdē mau⁹ tue sacratissimo vulnere cum gratiarū actiōe recōdere/cūctaq; neglecta ꝛ imperfecta mea exinde suppleri. Amen.

K

50 Sinistri pedis p forātio.

¶ Quinquagesima particula passionis dñi est.

Textus

Sinistre pedis perforatio. Habes ecce particulam.

Masticatio.

Pro masticatiōe hui⁹ ptīcule. Dico/q p vuln⁹ hui⁹ pedis Christi⁹ sanauit cogitatiōes ꝛ affectiōes nr̄as p̄uas/q̄ sūt ppe sinistra nr̄a. Dicit' n. Gen. viij. Sēsus ꝛ cogitatio cordis hūmani/pna sūt ad malū. Hoc de veteri hoie dicit'. De renouato aūt dicit'. Prouerb. xi. Desideriū iustoꝝ oē bonū est. Et de talib' dicit'. Ezech. i. Pedes eoꝝ pedes recti: q: desideria eoꝝ scōꝝ/nō sunt ad malū retorta. Et hoc est ex efficati a vulneris pedis p̄mi/quem sinistrum dicimus ꝛc.

Fructus

Tertio de fructu hui⁹ ptīcule. Disce h' q̄tiēs te cogitatio mala/vł affectio/impugnat mox ad vuln⁹ isti⁹ pedis Christi recurrere. Exinde nāq;/tāq; de fonte limpidissimo pfluit nob' lauacrū/q̄ abluunt et purificant sordes/cogitationū et affectionū malarū: imo etiā oim pctōꝝ/qđ expt⁹ in se Augustin⁹ dicebat. Cū me pulsat aliq̄ turpis cogitatio. recurro ad vulnera Christi ꝛc. Ora igit': dicēs. Jesu q̄ sacratissimos pedes tuos/clauo durissimo pforari crucic affigi voluisti. Da mihi q̄tiescūq; cogit atiōib'/affectiōib⁹, seu desiderijs malis infestoꝛ/ad vulnus pedis tui sinistri recurrere: et exinde salubria medicamenta haurire Amen.

L

51 Dextri pedis p forātio.

Quinq̄gesimaprima pticula nr̄e placēte passionis dñi est.

Textus

Dextri pedis perforatio. Habes ḡ particulam ppositā.

Masticatio

Scdo masticādo eādē. Dico q̄ p vuln⁹ hui⁹ pedis dextri bona nr̄a desideria/q̄ ex se sͭ oīno inualida roborant̄ et pficiūt̄. Nō n. sufficiētes sum⁹ ex nob/cogitare aliq̄d boni/tāq̄ ex nobis:sed sufficiētia nr̄a ex deo est. ij. Corinth. iij. Vn̄ quātūcū q̄ desideria. cogitatiōes. affectiōes. ac etiā volūtates nr̄e interdū forsitā de suo gn̄e sͭ bone. nulli⁹ tn̄ valor sͭ in rōne meriti:nisi intinganf̄ in sanguine pedis Jesu Christi. Psal. vt intinguaf̄ pes tu⁹ i sanguine. Pes inq̄ tu⁹. i. affectio tua:intingaf̄ in sanguine pedis Christi. alias eñ totū erit sine fructu. Vn̄ glo. sup illud Psal. Foderūt manus meas et pedes meos. dicit sic. Nō ait trāffixerūt:vel vulnerauerūt:sed foderūt:q2 sicut terra fossa facit fructū. sic fructū vite dedit Christ⁹ vulnerat⁹ i manib⁹ et pedib⁹. Nec mirū/q2 ipse oīb⁹ dieb⁹ vite sue p⁹ nos cucurrit:i siti ferūētissimi desiderij salutꝫ nr̄e. D

Fructus.

Tertio de vtilitate hui⁹ pticule. Discam⁹ h̄ fr̄es oīa bona desideria nr̄a. cogitatiōes. affectiōes. et volūtates bonas refundere cū gratiarū actiōe:in fructiferū vuln⁹ istius pedis nr̄a desideria/suis desiderijs/p oīa:q̄si p osculū infigētes. vt exinde pficianf̄ et fructificēt. Exemplū in maria Magdalena q̄ osculabaf̄ pedes Jesu:et ex h̄ tā vberē fructū recepit:q̄ tot⁹ ei⁹ affect⁹ resolut⁹ fuit i lachrymas. Et si q̄nq̄ nō valeam⁹ h̄re desideria bona:saltē habeam⁹ volūtatē habēdi ōsideriū. Juxta illud Psal. Cōcupiuit aīa mea desiderare iustificatiōes tuas in oi t̄pe. Et tūc de⁹ accipiet voluntatē p facto. Hec Jor. Ora igit̄ dicēs. Jesu/q̄ ex salutifico vulnere pedis tui dextri. fontē nob̄ gr̄e scaturire fecisti. Da mihi oīa bona mea desideria eidem vulneri tuo osculo amoroso infigere. et sic ea tuis diuinis desiderijs coaptare. Amen.

Itē sūmatim repetēdo dicta/in his q̄ttuor pticulis. Hec habes. Jesus vulnerat⁹ p̄mo i sinistra manu. vt auerteret nr̄a mala/culpe ⁊ pene. Vulnerat⁹ scdo i dextra. vt pferret nob̄ bona. Vulnerat⁹ tertio i sinistro pede. vt cogitatiōes et affectiōes prauas sanaret. Vulnerat⁹ q̄rto in dextro pede. vt bonas cogitatiōes et desideria roboraret et pficeret ⁊c̄.

Feria quarta post Palmarum.

52 In cruce leuatio

a Accipite et comedite. Matth. xxvi. Quinq̄gesima secunda particula passionis domini est.

Textus

In cruce leuatio. Ecce particulam.

Masticatio.

Masticādo eādē et comedēdo. Dico p̄mo/ q̄ q̄dā docto/
res opinant crucē pri⁹ erectā/ et postea i ea Christū fixū fuis
A se quā opinionē priori anno doctor nr̄ insecut⁹ est. Sūt alij
(vt Hiero. et Innoceñ.iij.)dicētes/ q̄ pri⁹ Christo crucifixo
postea eleuata sit crux cū Christo. Et hāc opinionē imitādā
nūc cēset. Dico igit̄ scdo/ q̄ cruce iacēte i terra/ et Christo in
ea fixo leuāt eā magno conamine. Ubi nō dubiū quin maxi
m⁹ dolor affuerit eo q̄ ex pōderositate corpis tūc lacerabant̄
vulnera manuū et pedū: q̄ sine magno dolore nequaq̄ esse
potuit. Sed ais. Cur dn̄s voluit i alto leuari: et n̄ sub tecto
pati? Respōdeo et dico/ q̄ plures ad h̄ assignant̄ cause: q̄rū
ego tres elegi. Primo (f̄m Augu.) vt ipsi⁹ aerꝫ natura mūda/
ret̄ a demonibꝫ.s. et ab infectiōe pctōꝝ. sicut et terra p̄ sangui
nē decurrētē silr̄ mūdabat̄. Scdo (f̄m Hilariū) i excelso
ligno et i medio terre loco infixo pati voluit: vt ad capescēdā
dei cognitionē oībꝫ gētibꝫ esset eq̄lis. Tertio (f̄m Cris̄) vt
dicit b. Tho. pte.iij. Quia p̄ h̄/ ascēsum nob̄ parat i celū. hāc
eīm exaltationē ipse p̄nūciās dixerat. Joh.xij. Et ego si exal/
tat⁹ fuero a terra: oīa ad me trahā. Ex q̄ p̄z expsse hec Chri/
stū dixisse de ista exaltatiōe in cruce. Tūc eīm traxit ad se oīa:
Q oīa.s. hoīm gn̄a: nō solū iudeos: sed et gētiles f̄m diuersas eo
rū distinctiōes. Itē posset etiā addi q̄rta cā.s. vt se media/
torem ostenderet inter deū et hominem etc.

Fructus

Tertio de vtilitate et v̄tute illi⁹ p̄ticule. Disce h̄ et tu exal/
tari a terra: h̄ est a terrenis affectibꝫ: vł etiā a terrena ꝯuersa
tiōe: saltē ad momētū. Q̄d et si nō oīb⁹ det̄ q̄ ad corpalē sub
leuationē. sicut q̄busdā sctis datū esse legim⁹. vt btē Marie
Magdalene: et alijs q̄busdā. Silr̄ et btē Monice matri

Auguſtini(vt audietis) Hoc tñ ꝯſeq̄ conemur cū gr̄a dei/q̄
ad mentalē abſtractionē: vt vel ſic a terra ſurſum trahamur
ad Chꝛiſtū pēdentē i cruce: q̄ten⁹ ſim⁹ de illoꝝ nūero de q̄bꝫ
ipſe pollicēs dixerat. Oīa trahā ad meipm̄ ꝛc. Data eſt autē
coꝛpalis ſubleuatio b. Monice/q̄ cū aliqñ in eccl'ia ſcti Ci
priani martyꝛꝭ ſuſcepat ſacrā cōīonem (in q̄ plenitudo gr̄e
velut i ſuo fōte ſumit̄) dū ptin⁹ coꝛpe a terra leuato/tales eru
pit i voces. Volem⁹ icelū. volem⁹ i celū fideles. A q̄ dū poſt
modū q̄rerer̄/q̄d ſibi voluiſſꝫ hec inſolita clamoſitas ꝛ eleua
tio. Ipſa vt erat tota columbine ſimplicitatꝭ/pie benigneqꝫ ꝑ
rn̄dit. Et q̄d vultis. q̄d q̄ritꝭ. Coꝛ meū ꝛ caro mea exultaue
rūt i deū viuū. hec Gerſō i ſmōe. Facta eſt āt eleuatio hmōi
ꝟtute ſacram̄ti Euchariſtie. vn̄ ibidē ſb̄dit̄. Altaria tua dn̄e
ꝟtutū/ſupple ꝯtulerūt hāc eleuationē. Hec eīn frequēs ꝛ di/
gna cōio maximā habet ꝟtutē abſtrahendi mentē a terrenis
affectibꝫ ꝛ eleuare ad celeſtia. vt dicit Gerſon i de mēdicitate
quē vide. Diſcam⁹ h̄ ſcdo/exēplo Chꝛiſti nr̄is debitoꝛibꝫ
ꝛ iniuriatoꝛibꝫ nō ſolū dimittere offēſas: ſed etiā ꝑ ipſis oꝛa/
re. Nā chr̄s cū ſic eleuat⁹ ꝛ exaltat⁹ pēderet i cruce: ꝑmā vocē
ſuā d̄ cruce emiſit dicēs. Pr̄ dimitte ill': q2 neſciūt q̄d faciūt.
Ad quā vocē (vt i euāgelio Nazareoꝝ dicit̄) Multi indeoꝝ
aſtantiū/cōpūcti coꝛde penituerūt. Et dicit̄ Act. ij. q꞉ cōuer/
ſi ſūt vna die/tria milia. Et alio die q̄nqꝫ milia: Act. viij. Nō
dubiū/q̄n h̄ ꝓuenerit ex ꝟtute oꝛonis Chꝛiſti. Nec mirū: q2
ipſe tantā māſuetudinē ſuās i ꝯtumelijs. tātā patientiā oſtē
dēs i toꝛmētꝭ. ſic mirā benignitatē exhibēs crucifixoꝛibꝫ eui
denti⁹ declarauit ſe filiū eſſe patrꝭ: quē oꝛabat ſanādo lāgui/
dos: ſuſcitādo moꝛtuos. Quid eīn mai⁹ miraculū hac beni/
gna pietate: Hinc ḡ diſcam⁹ ip̄m eſſe filiū patrꝭ celeſtis. Et
ad ꝟba tāte pietatꝭ emolliat̄ coꝛ noſtrū. vt dimittam⁹ offēſas
debitoꝛibꝫ nr̄is ei⁹ ītuitu/q̄ ꝑ ꝑſequutoꝛ hꝫ patrē oꝛauit. ſicͭ
dicit Pſal. Hodie ſi vocē ei⁹ audieritꝭ: nolite obdurare coꝛ/ B
da veſtra ꝛc. Hec Jordanus. Et tantū de iſta particula. Latro/
nū cum
¶ Quinquageſimatertia particula paſſionis dn̄i eſt. La chꝛiſto
tronum cum Chꝛiſto crucifixio. crucifi/
xio.

Textus

Q Cum eo crucifixerũt duos latrones. vnũ a dextris. aliũ a sinistris. mediũ autẽ Jesum. vt impleretur scriptura. Et cũ iniquis deputatus est ꝛc. Ecce particulam.

Masticatio.

Pro masticatiõe p̃sentꝫ particule. Querꝫ: quare Christus cũ latronibꝫ crucifigit̃. Dico p̃mo/ ꝙ illõ a militibꝫ factũ est intẽtione mala/ diabolo ꝓcurãte/ ad ei⁹ magnũ obprobriũ et cõfusionẽ. ꝭm Augu. et in euidentiã incriminati sibi sceleris Demõ aũt (ꝭm Cris.) voluit qd̃ fiebat obumbrare: sed nõ valuit: qꝛ miracula ibi facta soli Christo attribuebãt̃: ⁊ ita qd̃ demõ ordinauerat sibi i ꝯtumeliã/ cedebat ei in gloriã. Dico scd̃o/ ꝙ illud factũ est. vt scriptnra. Esa. liij. impleret̃: dicẽs. Et cũ sceleratꝫ deputat⁹ est. Queris scd̃o. Quare Christus voluit cũ latronibus crucifigi? Dico ꝭm b. Tho. parte. iij. ꝙ Christus voluit inter latrones suspẽdi. Primo/ ordinatiõe diuina. vt ostẽderet se/ ꝓ pctõribꝫ mori. Dicit em̃ Hiero. sup Mat. Sicut ꝓ nob̃ maledictũ crucꝫ/ fact⁹ est Christus. sic ꝓ oĩ salute/ inter noxios q̃si noxi⁹ crucifigit̃. Scd̃o ꝭm Bedã/ vt ostenderet differentiã ꝑ eo patientiũ. Latrones em̃ cũ Christo crucifixi signãt eos/ q̃ sub fide ⁊ ꝯfessiõe Christi vel agonẽ martyrij/ vl' q̃libet artioris discipline istituta subeũt.

R Sed q̃ hec ꝓ eterna glĩa gerũt/ dextri latronis fide designãtur. Qui ṽo humane laudis intuitu/ sinistri latronis mentẽ imitant̃ ⁊ actus. Hec Tho. Tertio ꝭm Augu. ⁊ Leonẽ. vt ostẽderet/ q̃d factur⁹ esset i iudicio extremo. Nã dicit Leo in sermone de pas. Duo latrones/ vn⁹ ad dexterã/ ali⁹ ad sinistrã crucifigũt̃. vt i ipa patibuli specie d̃mõstraret̃ illa q̃ i iuditio ipsi⁹, oĩm hoĩm facienda est discretio. Et iõ dicit Augu. sup Joh. Jpsa crux/ si attẽdam⁹/ tribunal fuit/ in medio em̃ iudice ꝯstituto/ vnus q̃ credidit liberatus/ alter q̃ exaltauit/ damnatus est. Jam significabat/ quid factur⁹ est de viuis ⁊ mortuis/ alios positurus ad dextram/ alios ad sinistram. Hec dic ex Thoma parte. iij.

Fructus

Tertio de vtilitate et fructu isti⁹ particule. Disce h' et tu cū Christo crucifigi/in medio latronū. Nam sicut ibi tres cru cifixi/duo latrones/et medius Jesus. Sic in nobis mortali ter crucifigenda sunt tria.s.caro et mūdus(q̄ per latrones) et spūs nr̄(q̄ p Jesum designat) Caro crucifigēda est.sic latro dexter. Gal.v. Qui autē s̄t Christi/carnē suā crucifixerūt cū vitijs et cōcupiscētijs. Mūdus sicut latro sinister. Gal.vlti. Mihi mūdus crucifixus est/et ego mūdo. Jstis latronibus in nob crucifixis/ spūs in medio crucifigit cū Christo. Ut dicat cū aplo/illud Gal.ij. Christo cōfixus sum cruci. Uiuo autē iā nō ego: viuit vero in me Christus. Est autē sciendū q latro sinister/ crucifix⁹ q̄dē fuit/nō tn̄ saluat⁹: sed pmāsit ī pfidia sua.sic mūdus. Licet crucifigat mihi: remanet tamē mūdus in imūditia sua. Caro autē crucifixa/salua t cū spiri tu: quia in resurrectiōe sua glorificabit.vnde latroni dextro dixit Jesus. Hodie mecū eris ī paradiso. Ad maiorē ergo euidentiā pdictoꝝ/est sciendū q crux carnis/est rigor disci pline. Cui⁹ q̄ttuor sunt brachia.s.vigilia.abstinētia.asperi tas vestiū.et disciplina verboꝝ. Crux autē q̄ mūdus crucifi git/est pauptas spūs/cui⁹ etiā quattuor sunt brachia.s. con tempt⁹ glorie.pecunie.patrie.et parētele. Crux vero spūs/est feruor deuotiōis: cui⁹ silr̄ quattuor sunt brachia.s. amor. spes. timor. et dolor. Spes sursum. Timor deorsum. Amor a dextris. Dolor a sinistris. Radix autē oim hoꝝ est chari tas. De his Ephe.iij. Jn charitate radicati: vt possitis com prehēdere cū omnib⁹ sanctis/q̄ sit longitudo.latitudo.subli mitas.et pfunditas. Ubi figurā crucis/et ei⁹ mysteriū aptis sime exprimit.sm Augustinū/et glosam. Hec Jordanus.

¶ Quinquagesimaquarta particula passionis domini est Uestimentoꝝ Christi diuisio. Dicit textus Joh.q 54 vestimē toꝝ chri sti diui sio.

Textus

¶ Postq̄ milites crucifixissent eum acceperunt et [diui serunt vestimenta eius] sortem mittentes super eis /quis

quid tolleret. Et fecerūt q̄ttuoꝛ ptes/vnicui*q* militi ptē ꝛ tunicā. Erat aūt tunica incōsutilis/desup texta p totū. Dixerūt ergo ad inuicē. Nō scindam⁹ eā: sed soꝛtiamur de illa cui⁹ sit. Ut impleret scriptura dicēs. Diuiserūt sibi vestimēta mea/ ꝛ sup vestē meā miserūt soꝛtē. Et milites qdē hec fecerūt ꝛc.

Masticatio.

Pro masticatiōe illi⁹ pticule. Querit̄ pmo. Quare diuiserūt vestimēta Christi. Respōdeo pmo s̄m Theophilum ex ptinuo Thome sup Lucā ꝛ Ludolfo: q2 foꝛsitā plures eoꝝ egebāt. Dico scdo q(s̄m eūdē) foꝛsitā magis ad obpꝛobꝛiū/ et ex qdā lasciuia h̄ faciebāt: q̄si subsanatiue dicerēt: q2 iste dixit se regē/ habeam⁹ singuli aliqd de regalib⁹ vestimētis ei⁹. Dico tertio s̄m Lyrā/ q h̄ pcessit ex auaritia iudeoꝝ: q2 Christi vestes/ q̄uis parū valerēt/ sibi tn̄ rapuerūt. parū em̄ valebant q̄uis qdā ex h̄ arguere volebāt Christū pciosis vestib⁹ vsum fuisse. Crist. autē ↄtrariū sentiēs/ dicit. q i palestina paupes induebant talib⁹ indumētis/ reticulato ope factis/ ad modū ciliciorꝝ. ꝛ h̄ videt̄ veri⁹. Quia Christus cōmēdauit vilitatē vestimētoꝝ in Joanne baptista. Mat. xi. Quid existis in desertū/ videre hoīes mollib⁹ vestitū. q. d. nō/ et pciositatē ibidē repꝛobauit dicēs. Ecce q̄ mollib⁹ vestiunt̄/ in domib⁹ regū sunt ꝛc. Jesus autē cepit facere ꝛ docere. vt habet̄ Act. i. Et ideo nō est verisimile q vsus fuerit pciosis vestib⁹. hec Lyra.

Querit̄ scdo. que fuit Christi intētio in taliū pcessiōe: Dico q Christus h̄ fieri voluit diuina oꝛdinatione vt impleret̄ scriptura. Diuiserūt sibi vestimēta sua: ꝛ sup vestē miserūt soꝛtē. Scdo (s̄m Augu.) Christus in q̄dripartita veste significari voluit ecclesiā toto oꝛbe terrarū (q̄ q̄ttuoꝛ ptib⁹ ↄstat) diffusam/ ꝛ i oīb⁹ eisdē ptib⁹ eqlit̄. i. cōcoꝛditer distributā. Ad q̄s virt⁹ crucifixi expādit̄ p q̄ttuoꝛ ptes crucis. Tunica vero illa soꝛtita oīm partiū signat vnitatē/ q̄ charitatis vinculo ↄtinet̄. Si em̄ charitas supeminet: ꝛ sup oīa pcepta est/ merito vestis/ q̄ significat̄/ desup ↄtexta phibet̄. Et addit p totū: q2 nemo ei⁹ est expers/ q̄ p̄nere inuenit̄ ad totū/ a q̄ tota catholica vocat̄ eccl̄ia ꝛc. Uide Ludolfū de h̄. Tertio s̄m Hiero.

sup Marcũ. voluit Christus p̄ h̄ significari diuina ei⁹ mã/ data: q̄b⁹ tegit̄ corp⁹ ei⁹/ qđ est ecclesia/ q̄ diuidunt̄ inter mili tes gētiũ. vt sint q̄ttuoꝛ oꝛdines cũ vna fide. i. ꝯiugati. vidua ti. p̄positi. ꝛ separati. p̄ quos intelligere possum⁹/ ꝛ ꝯtinētes et seꝑatos a mundo. vt sunt monachi et religiosi ꝛc̄. x

Fructus

Tertio de fructib⁹ hui⁹ particule. Discam⁹ h̄ffc̄s libēter participare exempla sctōꝝ/ q̄ p̄ vestimēta dñi signant̄. Disca m⁹ scđo/ bonũ esse reliq̄as sctōꝝ diuidere p̄ deuotiōe ad eoꝝ honoꝛē ampliãdũ. Qđ eni isti milites pagani/ fecerūt in deri/ siōnē ꝛ in obpꝛobꝛiũ Christo. h̄ boni christiani ꝯuertere de bēt ad Christi ꝛ sctōꝝ p̄coniũ ꝛ honoꝛē. sicut milites ri⁹ pa/ ganicos/ christiani ꝯuertūt ad cultum dei. Discam⁹ tertio q̄ charitas (q̄ f̄m Augu. signat̄ p̄ tunicā icōsutilē) diuidi nō pōt. cū ipsa ceteras v̄tutes cōnectat. Etiā p̄ tunicā incōsuti lē signat̄ vna sancta catholica ecclesia/ que in vnũ oēs colli/ git/ quã nemo debet scismate dissuere. Unde Cãti. vi. Una est colũba mea. vna p̄fecta mea ꝛc̄. Tantũ de ista p̄ticula.

Feria quinta Cena domini.

Ccipite ꝛ comedite. Matth. xxvi. Quinq̄gesima quinta p̄ticula est. Tituli supscriptio. Dicūt euã. q̄ Tituli supscriptio.

a

Textus

Pylat⁹ scripserit titulũ ponēs sup crucē/ ꝛ iposuerit sup ca put ei⁹ cãm ipsi⁹ scriptã. Erat āt scptũ. Hic ē Jesus nazare/ nus/ rex iudeoꝝ. Hũc ergo titulũ legerunt multi iudeoꝝ: q̄ꝛ ppe ciuitatē erat loc⁹/ vbi crucifix⁹ est Jesus. Et erat scriptũ hebraice. grece. ꝛ latine. Dicebãt ḡ Pylato pōtifices iudeo/ rũ. Noli scribere rex iudeoꝝ: sed q̄ꝛ ipse dixit/ rex sum iudeoꝝ. y Respōdit Pylatus. Qđ scripsi/ scripsi ꝛc̄. Habeo ḡ p̄ticulã.

Masticatio

Pro masticatiōe p̄sent̄ p̄ticule. Quer̄ p̄mo: quare appo/ situs est titulus ille: ꝛ quare sic script⁹ ꝛc̄. Respōdeo ꝛ dico p̄mo f̄m Cris. vt recitat Bernhardinus ꝛ Ludolfus. q̄ cō/ suetudo Romanoꝝ fuit/ sup quēlibet moꝛti ꝯdēnatũ scribe/ re cãm sue moꝛt̄. vt cōtuentib⁹ appareret/ q̄ sine iusta causa

sanguinē nõ funderēt. Pylatꝰ autē/se cõformare volens cõ
suetudini illi/scripsit titulũ/cause mortꝭ eiꝰ. Jesus nazarenꝰ
rex iudeoꝝ.q.d. ideo crucifixus est:quia erat rex iudeoꝝ ꝛc.
Dico scđo/ꝙ tituli supscriptio placuit etiã iudeis: sed alia
intentiõe ꝙ̃ Pylato. Judei eñi h̄ fecerũt illudentes ꝛ irridē
tes ſm Hiero. Ait etiã Theophilus. Judei ꝓcurabãt scribi
titulum/ꝛ intēdebãt ꝑ hũc/illusorie vituperare opinionē eiꝰ
qui regē fecit seipsuꝫ. vt sic ꝑtereũtes sui misereri nõ valerēt
sed magis ei tanꝙ̃ tyranno improperarēt. ſm Ludolfum.
Intentio autē Pylati fuit alia. Hoc eñi fecit ꝑmo:vt dictũ
Z est:vt se cõformaret Romane cõsuetudini. Secũdo vt se ex
cusaret:qꝛ eñi iudei/ꝯtra volũtatē Pylati/dñm crucifixerũt:
et crucifigi ꝓcurauerũt/ quē tota illa regio ꝑ ꝓpheta ꝛ sancto
hoie habuit. Sic formauit titulũ mortꝭ Christi:vt redũda
ret in verecũdiã iudeoꝝ: ꝛ ipse velamē excusationis haberet
in populo ſm Bernhardinũ. Tertio vt se vĩdicaret đ iudeis
quia eñi(vt iã dictũ est)ꝯtra volũtatē Pylati/petierũt Chri/
stũ crucifigi:iõ volēs se vĩdicare de eis:ꝑ talē modũ scripsit
titulũ.vt redundaret in verecundiã. Vñ Cris. Sicut i tro/
pheo/ſreponunt/victoriã ostēdentes:ita Pylatꝰ titulũ cru/
ci Christi inscripsit. Simul qdē ꝑ Christo respõdēs. vt eũ
a cõione latronũ discerneret. Simul aũt ꝛ de iudeis vlciscē
do/ostēdens scꝫ ipsoꝝ maliciã/dum in suũ regē insurrexerũt
ſm Ludol. Disce tertio/ ꝙ etiã diuina virtꝰ opabať in cor/
de Pylati/ꝙ̃uis nesciētis.vt dicit glosa. Diuinitꝰ eñi multa
que sequunť iã dicēda/ꝓcurata fuere:scꝫ ꝙ sup caput pone/
reť titulus.et tribꝰ linguis scribereť ꝛc. Dico igiť quarto/ꝙ
Pylatꝰ ex illo instinctu/scripsit de Jesu titulũ cõmendatitiũ
Cõmēdauit eñi eũ Pylatꝰ a tribꝰ, ꝙ̃uis nesciēs. Mors eñi
Christi cã erat: Remissiõis culpe:qꝛ Jesus. Collatiõis grẽ
A qꝛ nazarenꝰ. Adeptiõis glẽ:qꝛ rex iudeoꝝ:in q̃ oẽs erimꝰ re/
ges.ſm Jorđ.ꝛ Ludol. Itē hec tria ꝟba satꝭ ꝯgruũt ad cru
cis misteriũ. Nã h̄ ꝙ dicit/Jesus(qđ interꝑtať saluator)con
uenit ad ꝟtutē crucꝭ/ꝑ quã nobꝭ facta est salus. Hoc ꝟo ꝙ di
cit nazarenꝰ/qđ interpretať floridus/ꝑtinet ad patiētis ino/
centiã/q̃ est flos de radice Jesse ascēdens. Sed h̄ ꝙ dicit/rex

iudeoꝝ: ptinet ad patientꝫ potestatē ꝛ dñium/ qđ ex passione
